

CANCELL:  
MARTIS B:  
. 17 17:

oo Dg

3

A ET Ω  
DISSERTATIO PHILOLOGICA  
D E  
**PROCESSIONI-**  
**BUS HEBRÆORUM,**

Q V A M  
CONSENSU  
AMPLISSIMÆ FACULTATIS  
PHILOSOPHICÆ

IN  
*ACADEMIA LIPSIENSI*

placidae Eruditorum συγνοίων  
subjiciunt

PRÆSES

**M. IO. CASPAR KREGEL,**

SANGERHUSANUS,

ET

RESPONDENS

**CHRISTIANUS THALMANN,**

TENSTADIENS.

B. A. ET PHILOS. BACCAL.

AD D. VI. FEBR. MDCCXII.

H. L. Q. C.

---

L I P S I A E,  
Literis BRANDENBURGERIANIS.

Dissertatio Phisico  
PROGRESSIONE  
HUS HIRGORUM  
AMPLIAMENTATIVITATIS  
PHYSICOLOGICAE  
AC DEDICATA EYZENI  
PRAESES  
MCGAVER MREGBE  
CHRISTIANUS THALMIANUS  
HEDC  
TYPIS SVENDENBERGIVENS

V I R O.

PRÆNOBILISSIMO. AMPLISSIMO. ATQUE.  
EXCELLENTISSIMO.

D O M I N O.

JO. ERNESTO.  
KREGELIO.

HÆREDITARIO. IN. Aptnauendorff.  
REIPUBL. LIPSIENSIS. SENATORI.  
AC. ÆDILI, GRAVISSIMO. MERI-  
TISSIMO.

STUDIORUM. MEORUM. PROMOTORI.  
FORTUNÆ. MEÆ. STATORI.

PATRONO. IMMORTALITER DE. ME.  
MERITO.

IN  
QVALECUNQE. ANIMI. PRO. INNUMERIS.  
ACCEPTIS. BENEFICIIS. GRATI.  
MONUMENTUM.

S U B M I S S I O N I S. E T. O B S E Q V I I.  
T E S T I M O N I U M.

'AMORIS. FILIALIS. PLANE.  
S I G N U M.  
P R A E S E N T I S S I M U M.

N E C

NEC. NON.

**FILIO**

UT. UNICO. SIC. UNICE. DILECTO.

**VIRO,**

*NOBILISSIMO. EXCELLENTISSIMO.  
CONSULTISSIMO.*

**DOMINO,**

**IO. ERNESTO.  
KREGELIO.**

J. U. D. CELEBERRIMO. SENATORI, SPECTATISSIMO.

*ITIDEM.*

**PATRONO. AC. FAUTORI. MEO. SUB-  
MISSE. COLENDO.**

*IN*

ANIMI. AD. QVÆVIS. OFFICIA. PROMTISSIMI.  
PIGNUS.

PRIMITIAS. HAS. ACADEMICAS

*OFFERT.*

**IISDEMQVE.**

**UT. ET. TOTI. FAMILIÆ. SPLENDIDISSIMÆ.**

*UT.*

BENE. PROSPEREQVE. OMNIA. PROCEDANT.  
ANIMITUS. APPRECATUR.

**TANTORUM. NOMINUM.**

*DEVOTISSIMUS. CULTOR.*

**PRÆSES.**



## PROOEMIUM.

**U**I

Nam alteramve non inelegantis commatis materia, L. B. selegeram, quam, postquam honoribus Academicis in Alma hac Philyrea matus essem, publicæ ventilationi proporem. Verum, quo minus id, quod animo conceperam, promte etiam exequerer, tristia, quæ indeptos illos honores statim insequebantur, fata præperviderunt. Ecce enim laurus tempora mea late haec tenus amiciens subito mutabatur in cupressum, dum scilicet tristissimus advolabat nuntius, ereptum cheu! morte subitanea dulcissimum mihi Parentem ingeminans. Hæc itaque inopinata rerum fortunarumque mearum catastrophe Musis Lipsiensibus ad tempus valedicere, meosque arbore funesta obumbratos lares invisere, & ibidem unicum mihi in his terris relictum præsidium subito destrutum alta in solitudine deflere, compellebat. Tandem vero dolore, altissime cordi qui infederat, quadanterus delinitio, rebusque domi, quæ se offerebant digerendæ, in ordinem qualemcumque coædis, Alma huic Matri favente aura quidem sum redditus, sed tamen specimen illud Academium, anxie id licet exoptarem, quo minus ederetur, variæ subinde (ut fieri certe amat apud eum, cui res domi est angusta) remoræ fuerunt iniecta. Interim vero etiam illas materias, quas deducendas mihi sumperoram, alios jam præripuisse

A 3

&

-0311

& pertractasse deprehendebam, ut adeo actum omnino agere viderer, si eas recoquerem. De alio igitur themate, ex Philologia in primis & Antiquitate, cuius amore mirum in modum teneor, fuit diligendum. Et ecce menti quævis curiosa indagine lustranti forte quadam se offerunt *Procesiones*, *solemnia*, & olim, & hodienum in communis vita frequentissime exercitri solita. Hæc dum attente considero, levitatem sua me ita statim ad se rapuerunt, ut sine ulteriori deliberatione operam meam qualem cunque iisdem impendere, rationemque eorum apud Veteres pro ingenii viribus exponere, decernerem. Equidem ea, quæ ad negotium hoc rite conficiendum pertinere videbantur, sedulo dum conquirebam, *Nicolaum Serarium*, celebrem apud Pontificios scriptorem, Tractatum quendam de *Procesionibus* scripsisse deprehendebam. Statim itaque ingens me incessebat cupidus librum istum oculis usurpandi percurrendique, quid in illo esset actum, sed ejus copiam haec tenus nondum potui nancisci. Interim offerunt le *Jacobi Gretseri*, itidem Pontificii haud ignoti sed virulenti adversus Nostros scriptoris, *libri duo de Procesionibus*; Quos dum perlustro, materiam hanc de *Procesionibus* aliquo quidem modo ex antiquis monumentis eum conquisivisse, & pertractasse, nondum tamen adeo plene exhaustisse, ut nihil amplius ea de redici queat, invenio. Scopus siquidem ejus primarius iste est, ut in *Procesiones*, quas Romana Ecclesia solet frequentare, inquirat, easque antiquitatis calculo muniat, prout ex inspectione libri oculari sufficienter patet. Quem scopum etiam *Nicolao Serario* suisse præfixum auguror auguriumque hoc fallax minime esse spero. Mihi vero quum latius longè evagari, & *Procesiones* Veterum omnes, tum sacras, tum profanas, & quicquid modo ad utrasque referri potest, percurrere & colligere sit constitutum, a proposito semel cœpto dimoveri me minime sum passus, sed bono cum DEo sedulam operi huic manum admovere coepi. Fœcundior tamen, ut cuivis facile perspicere licet, est materia quam ut unius cujusdam Dissertationis cancellis posit comprehend-

hen-

hendi, sub ipsa quippe elaboratione terminos præfixos semper perrumpens, novisque subinde accessionibus mirum quantum augmenta capiens. Hinc visum est hac vice solos adire Hebræos, atque Processiones apud eosdem obvias, quas tum Scriptura S. tum Antiquitas Judaica, nobis suppeditabunt, quantam fieri potest brevitate, percensere. Carebit sane materia hæc nec jucunditate sua, nec utilitate, ad multorum quippe Scr. S. locorum illustrationem facilioremque cognitionem haud parum faciens. Ut vero etiam aliquo incedamus ordine, duas consti-  
tuere placet *secciones*, qvarum prior Processiones Hebræorum SACRAS, posterior vero PROFANAS sive CIVILES, continebit. Namque in has duas classes omnes omnino Processiones com- modissime dispisci posse existimamus. Faxis vero divinum Numen, ut omnia hic quoque feliciter & ex sententia procedant!

## Sectio I.

DE

PROCESSIONIBUS HEBRÆO-  
RUM SACRIS.

§. 1.

**A**cturi itaque de Hebræorum Processionibus, super vacaneum ferme putamus prolixè, qvid per Processiones intelligamus, exponere, qvum res non adeo abstrusa sit & incognita, ut non cuivis nomen tantum audiensi statim patelcat. Stylo qvidem Ecclesiastico Processiones vel processiones notare solent publicas supplicationes, ubi binos precedendo bini longo ordine sequuntur, a loco ad locum progrediendo, ac magna voce orando, prout describit Pol. Virgilii de Rer. Invent. L. 6. c. II. Quem tamen strictum nimis significatum hic non attendimus, sed vocem Processionis in sua summis latitudine, & per eam notatum volumus quodcumque agmen dominum ad instar exercitus ordine bene disposito incedentium, vel potius

tius, omnem pompayam, adūm, & processionum publicum qui singulari-  
cum comitatu, apparatuque solenni, sive devotionis, sive latitiae, sive ho-  
noris, sive alius eiusvis causa, peragitur. Sic namque vox hæc  
Veteribus usurpari solita, qui, quoties Imperatores vel ad pa-  
tia suburbana secederent, vel etiam ad Sacra procederent,  
aut ubi Consules ad Circum, quod septies fiebat durante Magi-  
stratu, aut ubi ad Capitolium, ad novum Consulatum, proce-  
debat, procedere autem & Imperatores & Consules cum pom-  
pa ac magnifico comitatu amplectu apparatu solebant, omne id  
*Processiones & Processum*, dicebant. Vide quæ notarunt Balu-  
zius & Cuperus ad Laetantium de M. P. c. 17. Procedere enim pro-  
prie dicitur, qui pompa quadam in publicum iacebat, inquit Jac. Gui-  
therius de Offic. Dom. Aug. L. 2. c. 17. p. 446. conf. Carol. du  
Fresne in Gloss. Lat. v. *Processio*, & in Gloss. Gr. v. ~~προσεύθησαν~~  
Scriptoribus classicis in hoc negotio loco *Processionis* vox ma-  
xime solennis est *Pompa*, de cuius significatione vid. Martini ia  
Lex. Philol. col. 2786. *Pompa est solennis apparatus in speciem trium-  
phi cum ludiis & longo, omnis generis hominum ordine, quam proces-  
sionem non sinamus*, inquit Hadr. Junius in Nomenclat. p. 225.  
Hinc pompa funebris, pompa letorum, pompa triumphi, pompa deo-  
rum, & sexcenta alia saepissime occurunt. Apud Rabbinos  
quoque vox *χορηγή* pro hujusmodi solenni apparatu publico  
usurpatur, qua de re plurima collegit loca Buxtorffius in Lex.  
Talmud, col. 1751. conf. R. Cohen de Lara in *דרכן שער* p. 68.

## §. II.

Tales vero pompas & processiones esse antiquissimas &  
inter ceremonias & ritus tum in cultu divino tum in civili vita  
adhiberi processu temporis ceptos haud postremum occupare  
locum, nemo certe rem penitus paulo secum perpendens ve-  
terumque monumenta attente revolvens, iverit inficias. Quin  
potius eo quis posset delabi, ut Processionum originem ab ipsis  
mundi incunabulis ipsoque ex Paradiso arcesseret, quando scili-  
et legit, DEum omnem animantium a se creatorum exerci-  
tum adduxisse ad Adamum, ut is cuilibet eorum nomen suum  
pone.

poneret, Gen. II, 19. Hic enim videtur sibi videre omnia totius mundi animalia solenniter ad Adamum congregata, & singula se ipsi sistentia accepto que nomine transeuntia, non alter ac si quidam lustretur exercitus. Velsi hæc processionum origo non allubescit, posset eam quis derivare ab arca Noachi, ad quam instante universalis diluvio ex omnibus animantibus bini & bini veniebant, Gen. VII, 9, 15. ex eaque rursus post diluvium egrediebantur, Gen. VIII, 18. Quo pictor ille eximus respexit, qui biblias historias, ruditamen & crastilo satis penicillo, delineavit. Videas enim in Biblio quibusdam Germanicis Arcam Noachicam, pontemque a terra ad medianam usque arcæ contignationem, in qua janua collocata est, pertingentem, in quo omnis generis animantia ad processionis instar incedunt, sicque arcam ingrediuntur. Sed hæc quidem jam transcant.

## §. III.

Nos instituti & promissi nostri memores ipsas jam Processiones invisamus, & quidem apud Hebraeos, easque sacras. Hinc sine mora pedeque inoffenso procedamus ad Jordanem, ubi Israëlitæ post diuturnam satis in deserto circumvagationem Canaanem tandem ingredientes offendimus. Hic enim non tantum in ipso mirabili Jordanis transitu insignem Processionem, Jos. III, & IV. eleganter descriptam, sed & paulo post aliam haud minus celebrem, quæ iussu Dei ab Israelitis circa urbem Jericho fiebat, & Jos. VI. consignata legitur, videmus. Quum enim urbs hæc muris validissimis munita neque expugnacioni neque obſidioni esset facilis, ut loquitur Sulp. Severus H. S. I. 22. 4. Deus Josua fortissimo Israelitarum Duci præcipiebat, ut assumpto populo univerlo cum sacratissima arca foederis & Sacerdotibus arcam præeuntibus tubaque canentibus, urbem circumiret, idque per sex dies continuando quolibet die semel, septimo v. septies facitaret. Hoc mandatum Josua diligenter quum exequeretur, septimoque die Arca foederis septies esset circumdata, Sacerdotibus clangentibus populoque ingentem ad cœlum tollente clamorem, repente mirum visu! muri concidunt,

B

urbs

urbs sine armis, sine viribus, expugnatur, internectioni devovetur, tandemque exuritur. Res sane miranda mysterioque, quocunque tandem illud sit, quod sub ealateat, non destituta. Unde Patres ac Doctores Ecclesie varias hanc in rem habent meditationes, in primisque ad durationem mundi ejusque destructionem alludi putant. Totos namque septem dies i.e. per omnem mundi ætatem, vult Deus, qui tardus est ad pœnam, velox ad veniam, poenitentiae acriter sonare tubam, priusquam Jericho i.e. orbem universum destruat, secundum Chrysostomum Homil. V. de Poenit. Tales meditationes Patrum legi, si volupe est, possunt ap. Cornel. a Lapide Comment. ad Joh. VI. Rupertum Comment. ad l. c. L. I. c. 19. Nic. Serarium Comment. ad h. l. Qv. 24-29. aliosque. Ceterum quo ordine Israelita urbem Jericho circuiverint, &c. an in isto circuitu præter Sacerdotes alii etiam e populo arcam foederis sequente buccinis clangefint; discussit breviter Jo. Chr. Singius Exercit. ad Pentat. & Joh. Disp. XVI. Qv. 21. & 22. Scilicet ineminit, Hebreos, ut & Cajetanum cum aliis, putare, tantum Tribum Ruben, Gad, & dimidiam Manasse, Arcam præcessisse, reliquas v. Tribus eandem fecutas esse, Masium vero & alios statuere, in circuitione eundem ordinem fuisse servatum, qui in peregrinationibus per desertum. Utramque tamen sententiam revellit, tandemque concludit: omnes omnia omnium Tribuum, quotquot reperi potuerunt in castris Israëlitarum, armatos Arcam & Sacerdotes, cornibus clangentes, præcessisse, promiscuam vero & inerme plebem eujuscumque Tribus eandem fuisse fecutam. Idem etiam l. c. præter Sacerdotes nullos alios vel ex bellatoribus, vel vulgo Arcam sequente, in circuitionibus hisce tubas inflasse, afferit. Prolixius ea de re differit Nic. Serarius Comment. ad Joh. VI. Qv. 9-18. addit Cornel. a Lapide in h. l. Hæc de expugnatione Jericho dum commemoramus, succurrat Oratio Rolandi ad Deum, quum urbem Granopolin ob sideret, apud Turpinum in gestis Catoli M. & quidem in eo supplemento, quod e Cod. MS. Bibl. Cæsarea edidit Lambecius Bibl. Vindobon.

bon, Lib. 2. part. 1. p. 337.<sup>1</sup> Sic autem ille precabatur: *Qui Jericho muros, quibus adversantium ingebatur exercitus, sine humana pugna, & absque machinatione humani artificis, optimam processione facta, tubis clangentibus præcipitasti, Tu Domine, destrue urbis hujus fortitudinem. Eccl.*

Sed tales cum Arca foederis Procesiones aliquoties adhuc temporibus subsequentibus institutas sacræ pagina commemo-  
rant. Sic enim tempore Heli, summi Sacerdotis, Judicis simul partes qui obibat, Allophylis in Judæam irruentibus quum Isra-  
elitæ obviam armata irent manu, atque ab illis vici pugnam  
pararent restituere, Arcam prius foederis Silunte, ubi publicus  
tum vigebat cultus divinus, in castra, magno sine dubio cum  
comitatu, curabant deduci, meliori sic adveritus hostes forte  
se usuros persuasi; (Videtur enim mihi factum hoc Israelitarum  
ad superstitionem gentilium morem esse accommodatum. Nam  
illi ad avertendas publicas calamites simulacra Deorum so-  
lennibus ceremoniis ex uno loco in alium transferre vicatimque  
ducere solebant, quemadmodum ita. e. gr. Romani ad pestem  
abigendam Æsculapium ex Epidauro, & ad vincendum Hanni-  
balem Magnam Matrem ex Phrygia Roman transtulerunt, quo  
de more alia occasione pluribus agetur, & in hoc ipso s. ex facto  
Philistæorum quædam ejus rei apparebunt vestigia) Sed & haec  
iterata pugna infeliciter eis cessit. Vici quippe Hebreis Ar-  
neque DEI capta, & ab Allophylis, in quorum potestatem ve-  
nerat, oppido Azoto magna certe, quod tuto conhicere licet,  
cum pompa, planeque more triumphantium, in templum Da-  
gon illata est. Verum quum non solum ipsum Dæmoni dic-  
tum simulacrum veri Numinis præsentiam ac virtutem mira-  
sentiret, sed & Azotii variis divexarentur plagis, Principum suo-  
rum cogunt concilium, quidque cum Arca hac agendum sit,  
exquirunt. Illis respondentibus ad Gethæos eam esse transfe-  
rendam, illuc sine mora transtulerunt. Quum vero ibi quo-  
que magna exortaretur confusio, incolæque foeda afficerentur

plaga, Arcam porro Ekrone transvexerunt. Hoc ipso tamen plaga neutquam cessante, sed DEo potius manum suam super Allophylis aggravante, multoque eos majori clade afficiente, ex sententia tandem Sacerdotum Augurumque Arca septimo quam capta fuerat mense novo imposita vehiculo eique bobus foeminiis subiectis multis cum muneribus Israelitis remittitur. Illæ igitur foeminae boves, id quod mirabile, vitulis earum domi retentis, iter nullo duce recta in Judæam affectu relicti fœtus non revocante, direxerunt. Reguli Ailophylorum Arcam in agrum usque Bethsemitarum, ubi constitit, sequuntur, peracto sacrificio bobusque iisdem, quæ adduxerant Arcam, immolatis ad suos revertuntur. In Bethsemitas vero eo quod Arca curiosius quam par erat introspexissent, divinitus quum faviretur, milliaque amplius quinquaginta delerentur, Arca Kirjath-Jearimum translata est, ibique per viginti annos fuit, prout hæc omnia fusius, 1 Sam. IV - VII. descripta & enarrata legi possunt. Ut adeo in hac unica historia sex Procesiones, quæ cum Arca fœderis factæ sunt, animadvertiscantur.

## §. V.

Postquam vero Arca fœderis per tantum temporis spatium dicto loco esset commorata, regiminisque forma interim mutata, & jam post mortem Saulis David regnum Israeliticum cœpessisset, duæ rursus Procesiones cum hac Arca institutæ occurunt haud sane incelebres. Sione enim a Davide occupata & instaurata, Allophylique secundis præliis a finibus Israëlitarum represisa, animo Rex inducit suo Arcam ex Kirjath-Jearim ad se Sionem transferre. Quare ex toto Israele selectam colligens triginta millium manum, en quantum comitatus quantoque pompa, Arcamque novo impositam currui ex domo Abinadabi, ipso interim cum toto populo variis instrumentis musicis ante Arcam psallente, coepit deducere. Lugubri vero Uzæ casu Rex confernatus Procesionem ingentium latitia hic usque transactam abruppit, Arcamque in Obed-Edom, Gethæ, ædibus ad tempus collocari jubet. Quum vero Arca

ibidem

ibidem trimestri spatio permaneret, Deusque toti Obed-Edom domui luculenter admodum eam ob rem benediceret, & fama singularissimæ hujus benedictionis ad Davidem esset perlata, ille hinc permotus & excitatus, Arcam, quæ ipsum antehac ob Uzæ percusionem veheinenter terruerat, ceu novæ & inaudita benedictionis felicitatisque organum, in regiam suam sedem quam solennissime transferri curat. Secunda namq; vice Principes atque Seniores populi convocans, magno cum comitatu ad domum Obed-Edom proficiscitur, indeque Arcam totis viribus ante eam saltans ac tripudians inter tympanorum, buccinarum aliorumque instrumentorum musicorum strepitum, populique lætitia exultantis jubila Sionem ingenti cum plausu ac tripudio transtulit. Vid. 2 Sam. VI. & 1 Paral. XV. XVI. conf. Walther. Harm. Bibl. p. m. 379. sq. ubi qvæ circa Kirjat-Iearim, Uzam, Obed-Edom ejusque extraordinariam plane benedictionem, notanda sunt, invenies.

## S. VI.

Restat adhuc alia Procesio cum Arca foederis a sapientissimo pariter ac felicissimo Davidis filio, & in florentissimo tunc temporis Israëlitarum regno successore, suscepta, quam sicco plane pede hic præterire nefas ducimus. Contigit scilicet illa, qvum magnificum illud Templum, totius Orientis decus & ornamentum, Hierosolymis ab ipso esset exstructum pleneque consummatum. Hoc enim qvum solenniter jam esset conferandum, Arcam prius foederis unacum Tabernaculo Mosaico omnibusque eo pertinentibus in illud inferendam curabat. Eapropter Principes tribuum, capita familiarium, seniores populi, quin imo universam populi multitudinem, Hierosolymam evocavit, iisdemque inenfe Ethanum, qui septimus est, ibi congregatis, magno cum apparatu insigniq; populi lætitia hoc opus agressus est. Incedunt ante omnia Sacerdotes ferentes Arcam; eos excipiunt alii Sacerdotes & Levitæ portantes Tabernaculum; rursus alii hos sequuntur vasa reliquaque Tabernaculi instrumenta gerentes, siveque solenni pompa Arca cum Tabernaculo e Sione

Sione ad Templum deducitur. Rex vero Salomo universo Procerum populi stipatus choro Arcam præcedens innumera offert sacrificia, Arcaque loco ipsi destinato a Sacerdotibus rite collocata augustum in modum laudes Deo dicit atque gratias, solennibus exhibitis precibus celebratoque sumtuosissimo sacrificio Templum consecrat, populo universo benedicit, cumque eodem festum integros quatuordecim per dies effusissimo cum gaudio celebrat. Prolixe hæc omnia i Reg. VIII, annotata reperiuntur. Sicque adeo decem Processiones cum Arca fœderis perfectas studioseque sacris in literis consignatas vidimus.

## §. VII.

Ad sequentia tempora si progredimur, solennitas quedam sacra occurrit, quæ non plane sine Procesione videtur peræcta. Illam scilicet ianuo, quam piissimus Rex Judæ Josias ad verum Dei cultum foeda ac horrenda plane Antecessorum suorum idolatria depravatum penitusque collapsum restaurandum instituebat. Missis enim per universam Judæam nuntiis Seniores populi ad hanc iplam Reformationem cultus convocabat. Qui quin statio die convenienter, Rex & cum eo omnes viri Juda & inhabitatores Jerusalæm, Sacerdotes & Prophetæ, omnisque populus a majori ad minimum usque adscendunt in domum Dei, ibique lege divina publice prælecta fœdus cum Deo renovant, Templum purgant, ædificulas, statuas, imagines, omniaque vasa idolis dicata confringunt, igneque comburunt, profanarum ædium Sacerdotes interficiunt, sicque verum ac purum Dei cultum restituunt, prout totus Reformationis hujus processus fuisse & cum cura 2 Reg. XXIII. & 2 Paral. XXXIV. exponitur. Non aperte quidem locum hunc Procesionem quandam insinuare libenter fateor; totum tamen negotium, & adscensionem in Templum præprimis curatius paulo secum perpendiculariter, eam, ad minimum ex parte Regis & Procerum, non omni plane defititi fundamento fatebitur. Tale quid etiam ante Josiam a Rege Hiskia suscepimus 2 Paral. XXIX, 20.

## §. VIII.

Inter alia vero scandala per hanc Reformationem a Rege Josia

Josia sublata hoc quoque commemoratur, quod Judæi liberos suos in honorem Molochi traduxerint per ignem in valle Fili Hinnom, vallisque hæc eam ob causam a Josia sit profanata, cultusque ibidem qui vigebat Molochicus destrunctus. Quare lieeat h. l. tunc istum paucis perlustrare, quum in eo quodam Procesione haud absimile occurrat. Dissentunt vero de his ipsis sacris Judæorum Magistri, an felicet februationi tantum fuerint pueri, an vero præterea cremati? Utrumque tamen, tam cremationem, quam februationem, fuisse in usu, multa Scripturæ loca, ipsisq; scriptores Judaici testantur. Nos mis-  
sa priori posteriore, nempe februationem sive traductionem infantum per ignem, jam attendimus. Ritum istum frequentissime a Judæis exercitum, sapissimeque a Deo castigatum & se-  
vere interdictum sacræ paginæ satis edocent. Sic enim Levit.  
XVIII, 21. *דְּבָרֶיךָ רַבֵּךְ לֹדַעֲכִיר* ad traducendum  
Moloch. Et Deut. XVIII, 10. *מְעַבֵּר בְּנֵי*  
*בְּנֵי-זָבֵחַ* traducens sive transire faciens filium aut filiam suam per ignem. Quæ verba LXX. sic reddunt: ἡγέ-  
ρθεται ἐν τοι πορναθαίων τεύχον ἀντεὶ καὶ τὴν θυγατέρα  
ἀντεὶ αὐγῆς. Ea enim Gentium, a quibus morem hunc impi-  
um mutuati sunt Judæi, erat persuasio, quod igne omnia pur-  
garentur, ut vel unus docet Ovidius, qui in illustri Faistorum o.  
pere IV. 235. ita hac de re

*Expositus, inquit, mos est, moris mibi restat origo,*

*Turba facit dubiam, captaque nostra tenet.*

*Omnia purgar edax ignis, vitiumque metalli*

*Excoquit, idcirco cum duce purgat oves.*

Sic de Hebræis reliquisque in Oriente populis Maimonides in More Nevochim P. III, 37. tradit: *Cultores ignis pro vero affirmasse, omnes eorum liberos esse morituros, qui filium aut filiam suam per ignem non traduxissent.* Etenim pro vero assumitur, istum transi-  
per ignem transeuntium immolationem semper designare; quo inclinat etiam Cl. J. H. Hottingerus ad Goodwini Mos. & Aar.  
LIV. c. 2. §. 10. p. 666. sq. Et sane verbum *תְּעַבֵּר*, quod transi-  
tus notionē dicitur, & ad cultum Molochi transfertur, de ipsa etiam

etiam immolatione videtur pronuntiari ab Ezech. XVI, 21, dum  
 ait : *Et mactasti filios meos, & dedisti illos* לְהַבֵּר אֶת־  
 in traducendo h. e. immolando eos illis, scil. idolis. Vel : *Et dedisti illos*  
*idolis . dum immolares.* Sed quid si utrumque actum , immolatio-  
 nem scil. & simplicem per ignem traductionem, verbis hisce de-  
 signari diceremus ? Distinguuntur enim per Accentum majoris  
 distinctionis Atnachum. Nempe exprobrat Deus in hoc capi-  
 te Israelitis multifariam , quam exercuerint, idolatriam, & in-  
 ter alia quoque nefandum ejus attingit excessum , scilicet , filio-  
 rum filiarumque consecrationem idolis factam , & quidem par-  
 tum per ipsam immolationem , conf. v. 20. partim per traducio-  
 nem ; Quo ipso DEus impietatem Israelitarum magis exaggerat,  
 quod non aliquos tantum liberos idolis obtulerint, sed in uni-  
 versum omnes, quosdam scil. illis sacrificando & igne combu-  
 cendo, reliquos v. per ignem illis, vel in honorem eorum, tradu-  
 rendo, siveque solenniter illis initiando & consecrando. Sic enim  
 Gentes, quarum exemplum Judæi imitati, non solum totaliter  
 filios suos comburebant, sed ita etiam cuidam suorum idolorum  
 initiantur, ut eos ab ignis flamma attingi saltem sinerent, quia,  
 siue corporum delicata aqua lustrali putabant auferri, ita & a-  
 nimi fortes exuri posse, si lustrales adinoverentur flammæ, qui  
 nihil tam mundat & purificat, quam ignis, arbitrabantur. conf.  
 Jo. Lomeierus de Lustrat. c. 19. Posito vero quod verbum  
 העביר apud Ezechielem immolandi significationem habeat,  
 uti etiam c. XXIII, 37. DEus idem scelus taxans repetit : *Eriam*  
*filios suos, quos mihi pepererunt* לְאַכְלָנִי tradu-  
 xerunt illis in cibum ; tamen eam non esse perpetuam, sed solum  
 nonnunquam denotari transitum , monet locus 2. Reg. XVI, 3.  
 ubi de Achazo, Rege Judæ, dicitur , quod filium suum per ignem  
 traduxerit ; Jam v. si העביר semper in hoc negotio haberet  
 significationem comburendi vel immolandi, Achazus nullum  
 habuisset filium successorem, quum tamen Cap. XVIII. Hiskias,  
 pessimi patris piissimus filius, dicatur successisse. Equidem ad-  
 ducitur locus parallelus , 2. Paral. XXVIII, 3. ubi Achazus filios  
 suos

suos igne combusſiſſe dicitur; Sed potuit plures habuisse filios, quibus tristis illa moriendi lors obtigit, & e quibus Hiskias manus superstes igne forte tantum lustratus. Vel, quo Interpretes frequentes inclinant, ut ut unus Cananæorum ritu Molocho fuit immolatus, cæteri tamen ad unum omnes flammis piacula-ribus fuerit purgati; Unde additur, quod Rex ille impius hoc fecerit juxta *ritus & abominationes Gentium*; Apud Gentes v. utrumque, lustratio & combustio, fuit in usu, uti paulo antea monuimus. Certe enim, si omnes filios igne Achazus combusſisset, Hiskias non potuiffet succedere cum reliquis quippe fratribus combustus. Conf. 2. Reg. XXI, 6. coll. 2. Paral. XXXIII, 6. ubi eadem de Manasse habentur. Hinc Theodoretus in 2. Reg. Qv. 47. *Ego existimo id, quod dicitur, tacite significare genus erroris, quod ad nos usque pervenit; Vidi enim in aliquibus civitatibus semel in anno accendi rogos, & trans eos saltare aliquos, non scilicet paeros, sed etiam viros, infantes autem per flamnam ferri a matribus: Videbatur autem quedam esse expiatio & purgatio.* Et hoc fuisse existimo Achazi peccatum. Vid. Waltherus. Harm. Bibl. p.m. 446. Confirmat hoc R. Salomo, qui ad Levit. XVIII, 21. *העבָרְתִּי* explicat per עברת הַנֵּר transitum ignis, & Judæi Germani, qui ita vertunt *להעבר* zu machen überfahren. Unde etiam Pilator in Concordant. de hoc ritu dicit: die Juden zogen ihre Söhne und Töchter durchs Feuer, den Götzen zu Ehren. Multiquoque Interpp. foliustransitus significationem hac in re verbo העברְתִּי adstruunt ex loco allegato Lev. XVIII, 21. collato cum Lev. XX, 2. putantque illum de transitu perse, istum de immolatione intelligendum esse, ne unius præcepti supervacanea instituatur repetitio. Quin imo si R. Maimonidi credimus, ne quidem liberi Molocho fuerunt combusti, sed tantum per ignem traducti. Sic enim is Lib. de Idolol. c. 6. §. 5. tradit: *Accenso igne magno partem sui acciebant semini, quam dein Sacerdotibus igni servientibus trahabant.* At Sacerdotes ubi filium accepissent, eum patri restituebant, quo ipse ex sententia sua eum per ignem traduceret. Igitur pater filium permisso Sacerdotum per ignem agebat; pedibus autem jubebat transire, donec flamma quicquid erat, emensus foret. Non enim Molocho eum come-

birebant, quomodo liberos suos alii exurebant Diis; Sed cultus ille Molochi tantum in transitu confitebat. Eandem foveat opinionem Doctiss. G. J. Vossius de Orig. & Progr. Idol. L. 2, c. 5, ubi scribit: *Hec traditio non erat circumlocutio liberorum, sed febratio h.e. purgatio sive expiatio gradam, qua per spatum inter duos ingentes ignes intermedium, vel a Camaris sive sacerdotibus, vel ad eorum prescriptum a parentibus ipsis, ducebantur aut gestabantur.* Repetit verba haec Cl. Lomeierus de Lustrat c. XIX, p. 246. Et certe verbum בַּעֲבָרִיר cum בְּ con-structum, sitenaciter ei inhærente velimus, communissime de solo transitu usurpatum; Quando v. gr. Exod. XII, 12. Deus dicit: וְעַבְרָתִי בְּאֶרְצֵמֹרִים וְtransibo per terram Egypti. Sic Num. XXXI, 23. de vasibus ex metallo confectis purgationis ergo per ignem transmittendis תַּעֲבִרְךָ בַּאֲשָׁר transire facient per ignem. Sic 2 Sam. XIII, 31. David viatos Ammonitas בְּמִלְכֵיכֶן transire fecit per fornacem lateritiam, sive divisit eos hinc inde in latomias, ut optime locum hunc explicavit Celeb. Danzius in pecul. Diff. ad h.l. Conf. Iol. III, 2. 4. II. Sam. XV, 23. XIX, 16. 17. 19. 40. &c. Verum liberos Molochi non tantum per ignem traductos, sed ei sacrificii causa igne quoq; combustos ac immolatos esse, loca apud Ezechielem supra citata, & Jeremiam c. VII, 31. XIX, 5. 6. aliaque sufficenter demonstrant. Quare tutissimum erit ritum utrumque conjungere cum Hebraeorum Magistris, quos ad Lev. XVIII, 21. citat Aben Esra, qui tradit: *Verbum הַעֲבָרִיר comburendis notione exponi posse, quia hoc cultus genere Molochus affiebatur; Inveniri tamen alios, qui de traducendis per ignem infanticibus explicare malint, quorum alii per ignem traducti incolumes maneant, alii ut intermoriantur.* Ipse etiam posteriori adstipulatur sententia, cuius verba extant in pervulgato libro, cuius titulus est Michal Jeph. ad Lev. XVIII, 21. Vid. C. S. Schurzfleischius Diff. de Cultu Ignis §. 17. sqq. conf. Th. Goodyvinus Mos. & Aar. L. IV, c. 2. §. 11. nec non Vir Cl. Phil. Olearius Diff. de Kadaguao: Gentilium §. 10. ubi meminit, nonnullos esse, qui credant, ambiguum Dæmonis oraculum seculis antiquissimis suis editum, quo simplicem plebem לְעַבְרִים בְּנֵי בָּאָשׁ ut filios suos per ignem vel in ignem transire facerent, devinctam tenuerit. Hoc enim oracu- lum

lum flexuolum & ad fraudem populo faciendam compositum esse, quia **הָעֲבֵר** sensu *consumendi* & *transfundi* sumatur, & **בְּאַשְׁ** in ignem vel per ignem denotare posse: *Oraculum autem*, bene addit Vir ille doctus, *verbis tam perplexis* & *ambiguis efferebatur*, ut liberorum immolationem innueret potius, quam aperie præciperet, & *populus ad oraculi iussa, sensu rigidiore capta, adimplenda pedetentium deducerebatur.*

## §. IX.

Ritum vero ipsum traducendi per ignem infantes quod attinet, variae occurunt difficultates & opiniones, tum circa eos, qui infantes traduxerunt, tum circa ipsam etiam transitus rationem. Sic enim munus hoc per ignem traducendi alii Sacerdotibus, alii vero Parentibus adsignant. Sacerdotibus tribuit Anonymus quidam in *Michlal Jophi* laudatus ad h. l. nec minus R. Salomo ad Lev. XVIII, 21, qui ait: *Nomen hujus idoli erat Molech;* & *bis erat ipius cultus, nempe ut pater filium suum Sacerdotibus traduceret, qui duas ingentes flamas suscitabant, filios inter istos ignes traducentes.* Parentibus contra hoc tribuit Maimonides, ut verba ejus §. præcedente posita suadent. Quum tamen idem ibi addat, permisso Sacerdotum id esse factum, hinc munus hoc ad Sacerdotes præcipue spectasse licet colligere, parentibus tamen non simpliciter fuisse prohibitum, si ipsi munus illud in se volunt suscipere Unde Theodoretus in 2 Reg. Qv. XLVII. de hac consuetudine sua adhuc ætate durante loquens τὰ βεβόην παραφέγμενα παρατάντων ματέρων διὰ τῆς φλογὸς, a se visa esse testatur. Non minor occurrit dissensio in constituenda transitus ratione, quum ali per medias ignis flamas, ali per rogos utrinque instructos, & sibi ex adverso oppositos, transire pueros oportuisse, tradant. Priorem modum Maimonides l. c. videtur innuere; Qui vero quum non sine summo vita fuerit periculo, hinc alias movit, ut aliam, eamque tutiorem, eligerent viam, parvulosque inter duos lignorum rogos traducendos putaverint, ut Rascbe modo adductus. Quumque ita prior modus, si in usu fuit, vita periculo non caruerit, mirum amplius non est, verbum *comprehendi*, *immolandi* significationem quandoque sustinere, siquidem parvulos per ejusmodi transitum vita privatos

Deus non aliter consideravit, ac si revera & ex instituto a Parentibus idolis combusti essent ac immolati. Vid. Schurzleischius l. c. §. 23. sqq. conf. Lundius in *Jüdischen Heiligtümern*, L. III. c. 34. Leusdenius Philol. Ebr. mixt. Diff. XLII, Dilherrus Diff. Philol. P. I. p. 143. Lomeierus de Lustrat. c. XIX. Kippinius Antiqu. L. I. c. VI. §. 11. Seldenus de Diis Syris Syntagm. I. c. 6. A. Pfeifferus Dub. Vex. Cent. IV. Loc. 80. Qv. 3. p. 931. sqq. aliisque.

S. X.

Dum ita in exponenda traductione Infantum per ignem  
in honorem Molochi facta occupamur, alius succurrerit ritus in  
cultu Molochico non ignobilis, neque a nobis silentio præter-  
eundus, scil. *bajulatio* sive *circum gesatio* tabernaculi Molochi ab Israë-  
litis in deserto peregrinantibus exercita. Aperit nobis morem  
hunc idololatricum Amos c. V, 26. *ונשאחים את סכות מליככם אשר עשו בהם:* Et por-  
taffis tabernaculum Molochi vestri et Ciui imaginum vestrarum, stellam  
*DEI vestri*, quem fecistis vobis. Qyż verba licet paululum immu-  
tata, LXX. Interpr. quippe usus versione, repetit B. Stephanus Protomartyr Act. VII, 43. Καὶ ἀναλέθετε τὴν σπηνὴν τῷ  
Μωϋσῃ, καὶ τὸ ἀσέρον τῷ Θεῷ ὑμῶν Πεμφάν, τὸς τύπους, ἐπο-  
νήσατε προσκυνεῖν αὐτῷ. Omisita jam diversarum, qvæ circa  
loca hæc & eorum conciliationem habentur sententiarum pro-  
lixa recensione, ritum ipsum, quo in thensa sive tabernaculo  
portatili cum pompa circumlatius est Molochus, breviter con-  
sideramus. Namq[ue] tale quid Israëlitas omnino facilitasse, & ver-  
ba textus svadent & mores Gentium, qvos hic rursus imitati  
sunt, nestiq[ua]m nos dubitate finunt. Apud Gentes quippe  
Deorum imagines in lecticis aut thensis magna cum pompa pu-  
blice circumferebantur, qva de re alibi differendi redibit  
occasio. Et sic etiam in tali thensa aut tentorio Molochi ef-  
figies circumferebatur. Unde Goodyvinus Mos. & Aar. L IV.  
c. 2. §. 18. *Bajulatio* tabernaculi illius notat culsum, quem detulere idolo  
isti, portando illud huc & illuc in tabernaculis & aulae, solenni proce-  
ssionis ritu. Hæc solennitas Romanis vocatur Pompa, & tentorium sive  
theea,

rheca, qua portabant idolum, Thenfa, juxta id: Thenfa Deorum vehiculum. Evidem, observante Cornelio Lapide Comment. ad Amos l.c. Lyranus, Vatablus, & a Castro, verba Amos propheticce accipiunt, quasi futura: *portatis*, inquit, id est, portabitis. q.d. Transferam vos trans Damascum in Assyriam, ibique Assyrii cogent vos captivos humeris portare Moloch aliaque idola vestra per ludibrium, quod illi Dii vani sint, qui vos a clade Assyriorum tutari non potuerint. Aut *portatis*, id est, portabitis & luetis supplicium excidii & captivitatis, propter tabernaculum & idolum Moloch, quod erexitis. Verum, inquit non male Cornelio Lapide, hic sensus durus est; tam Hebreos, quam LXX. Chaldeus, & alii omnes vertunt, portastis, in praeterito, t.d. enim portastis periret ad 40. annos in deserto, qui praecesserunt. q.d. Quadragesima annis in deserto sacrificatio non mihi, sed Moloch & idolis, ita explicat Stephan. Act. VII. &c. Deinde paucis interiectis ipsum ritum sic tradit: *Judei more Gentium solenni pompa in tabernaculo secum circumferebant Moloch, Deum suum, religionis & protectionis ergo, quasi via sua comitam & ducem;* sicut per defensionem portarunt arcam & propitiatorium, in quo quasi throno residebat Deus. Sic genies per viam secum duxisse tutelares Deos docet Servius in illud Aen. 6. Errantesque Deos &c. Sic Rabel furata idola patris sui ea secum duxit in Chanaan, Gen. XXXI, 34. Jacob vero de Deo ait: *Socius fuit itineris mei,* Gen. XXXV, 3. Huc usque Corn. a Lapide. Conf. Leideckerus de Republ. Hebraeor. L. IV. c. 14. f. 239.

## §. XI.

Etenim multi, inter quos etiam B. Lutherus noster, nomen סְבָתָה accipiunt seu proprium alicujus idoli, vertuntque, *portatis* Siccus Regem vestrum, appellationis ratione a protectione, reges, seu monumento, deducta; quasi fuerit peculiaris quidam mentio, seu munimento, deducta; Deus tutelaris, ein besonderer Schutz-Gott. vid. Glossa marginalis B. Lutheri. Sed ejusmodi idolum nomine hoc vocatum extitisse, cultumque unquam ab Israelitis esse, difficulter forte monstrari poterit. Verior sine dubio eorum est interpretatio, qui τὸν סְבָתָה sumunt appellative, pro casula & tabernaculo, a rad. סְבַח obexit, operuit, & contra proprie nomen alterum קָרֵב, de Idolo Ammonitarum Molocho, qui alias dicitur

מֶלֶךְ 1. Reg. XI, 5. & בָּבֶל 2. Sophon. I. 5. & מֶלֶךְ Levit. XVIII, 21. XX, 2. 4. 1. Reg. XI, 7. 2. Reg. XXIII, II. a quo est Græcum Μολόχ) cui Israëlitæ in deserto litarunt; uti Lucas etiam in allegato Aëtorum loco reddidit: τὸν σκηνὴν τὸν Μολόχ. Unde J. H. Ursinus exponens Succoth Benoth 2. Reg. XVII, 30. hanc σκηνὴν τὸν Μολόχ confidenter refert ad eas adiculas s. tabernacula, quibus tecta & circumdata erant Idola, vid. Anal. Sacr. P. II. Qv. 27. Simili ratione Seldenus de Diis Syris Synt. I. c. 6. per hanc σκηνὴν Letticam intelligit, in qua portarint Numinis, i. e. Molochi, imaginem. Nam, inquit, ————— interpretanur LXX, ἀνελάσσεται, id est, in manus sumebatis, ut portaretis, atque ita D. Lucas. Quod certe ad imagines in letticis aut thenis circumlatas optime referas. Illustrat hoc Doctiss. Vir ex Servio ad Virgil. Æn. VI. Eustathio ad Iliad. a. Herodiano L. V. Macrobio Saturn. I. c. 23. & Strabone L. 4. tandemque addit: Hinc lux ad Siccum intelligentem: nam ut astrum illud fuisse cum Ebraïs sentiam (cujus imaginem etiam ipsum Moloch fuisse scribunt nonnulli) animum non potis sum omnino inducere. Tentorium certe erat, quod circumferri potuit, & in quo Molochi effigies; nam & diserte meminit Philo apud Eusebium ναὸς Φοιζουμένων, id est, fani portatilis, magni Phœnicum Dei, quem Agroten vocabant, ut Area testamenti Iudei, ita fere hujusmodi fana σκηνὴ Idololatriæ. Goodvinus I. c. §. 19. hanc idololatriæ speciem ortum traxisse inter Gentes putat a κανογίᾳ tabernaculi Mosaici, quod nihil aliud fuerit quam portatile templum, & de loco in locum, ubi necesse fuerit, transferri potuerit.

## §. XII.

Quemadmodum vero Viri docti vocem סכחות appellative accipiunt; ita ad talem bajulationem imaginum respicientes verba quoque sequentia: וְאַתָּ בֵּין אֲרֻמִּים וְvertunt: & imaginem simulacrorum yeſtrorum כִּי־ן enim imaginem notare, a בְּנֵי, upare, firmiter collocare, quod imagines idololatriæ firmiter in altaribus collocarentur, Ec. XLI, 7. Alii vero vertunt: & basin imaginum yeſtrarum: basin scil. affabre factam, cui impositæ erant imagines idolorum, ut tanto melius de loco in locum possent transfigari, & in delubro reponi. Hinc Piscator reddit; ḡyr fruget die

Etūzē eurer Bilder. Hanc vocem כִּירְבָּן in N.T. omissam esse, dī-  
 cunt, a Luca, ejusque loco positum proprium idoli nomen ρεμφάν  
 e Versione LXX., qui id procul dubio habuerint cognitum ex  
 traditione Majorum. Veleriam, quia nomen hoc גִּירְבָּן, no-  
 tante Aben-Ebra, ex lingua Arabica & Persica ducat originem,  
 appelleturque stella Saturni כִּירְבָּן, fieri forte potuisse, ut Græ-  
 ci olim, litera כ inferne evanida sive erafa, legerint גִּירְבָּן ρεμפָּאָן  
 (quæ lectio in Theodoreto Qv. 25. in Lev. extat) quod tandem  
 inserto μ mutatum sit in ρεμφָּאָן. Ultita כַּוְכָּבָּה exponat vocem  
 præcedentem גִּירְבָּן, quod Lucas quoque, sive LXX. Interpre-  
 tes potius, transponendo voces & efferendo, καὶ τὸ ἄστρον τὸ  
 Θεῖον ρεμφָּאָן, innuere videntur. Quicquid vero horum  
 sit, Israelitas certe Molochi & reliquorum idolorum imagines,  
 & quidem eo maxime, ut opinor, tempore, quo a Moabitis fe-  
 ducti sacris eorum interessent, & idolis se incurvarent, Num.  
 XXV. Iolenniter circumtulisse, dubio fere caret. Ad quam ido-  
 lorum circumgestationem, nisi omnia me fallant, digitum quo-  
 que intendere videtur Elaias Cap. XLVI, 7. ubi de Deo fictio:  
 יְשָׁחוֹר עֲלֵיכָתָף וַיְסַבְּרוּ תְּחִזְיוֹן וַיַּעֲמֹד Levant cum  
 in humerum, portant eum, & quiesceret, consistere faciunt illum in loco sua,  
 & stetit. Ad quem locum Procopius: Φασὶν ὡς ἐν ταῖς Γαλαταῖς διαρρεό-  
 ςον πομπᾶς οὐκομίζοντες ιερεῖς τὰ αγαλματα Θέροντες ἐπὶ αὐλῶν  
 τὰς πλατεῖας, σχθόνος διηκόνοτο. Facere hoc, dicit, sicut in pom-  
 pis. Demonum sacerdotes deferunt imagines gestantes in humeris, & per  
 plateas bajulantes incedunt. Similis locus est Baruch. VI, 3. 25. Et  
 certe imagines Deorum cerebantur apud Gentiles ab homini-  
 bus, & quidem in humeris, ut alibi, εἰν τὸ Κύρος Σελήνην καὶ ζη-  
 σουν, demonstrabitur. Sufficit h. l. ritum istum tantummodo indi-  
 cassse, ex quo circumgestationi Molochi ab Amoso & B. Stephan-  
 no memorata lux aliqua oritur. Quid? quod magis adhuc ba-  
 julatio hæc Molochi confirmatur, si, quod Schurzelechius, G.  
 J. Vossius, Seldenus, Goodwinus, aliquique Viri Celeberrimi pro-  
 pugnant, soi in eo fuit cultus. Nam talis processio solennis  
 apud Romanos in honorem Solis fiebat; Cui solennitati ut  
 pompam ac dignitatem adderent Romani & Israelitæ speciosæ

magnitudinis equos & currus huc illuc ducebant, qua de re insignis locus est 2 Reg. XXIII, 11. ubi de Josia, Rege, cultum hunc idololatricum reformante dicitur, quod removerit equos, quos dicaverant Reges Judæ Soli, & currus Solis igne combusserit. Quam quidem idololatriam Solem adorandi didicerant a Persis, qui *Mithram* vocabant Solem, eique equos consecrabant, prout clara res est ex Curtio III, 3. ubi *Equus Solis* eximie magnitudinis memoratur, Conf. L. IV, 13; itemque Justino I, 10: 15. qui ita hac de re : *Solem Persarum Deum esse credunt, & equos eidem DEO sacrificatos ferunt.* Conf. Berneggerus ad h. l. Verum satis jam de cultu Molochi per Circumgestationem. Pluribus de loco Amosi agunt Cornel. a Lapide ad h. l. Drusius Qu. Hebr. I, 66. Glasius Philol. Sacr. L. IV. Tr. III. Observ. XVII. col. 1372. sqq. Mich. Waltherus Harn. Bibl. p. 1007. A. Pfeifferus Dub. Vex Cent. IV. Loc. 80. p. 928. sqq. Th. Goodvinus Mol. & Aar. LIV. cap. 2. §. 16. seqq. Jo. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Act. c. VII. Softmannus de LXX. hebd. Danielis Pref. p. 21. 22. aliquie. §. XIII.

Mentio quoque in supra memorata Reformatione Josix, Regis Judæ, siebat foederis, quod percussiferat Rex ille pius coram Deo, & per quod se & universum populum sancte obstrinxerat, ut ambularent in omnibus præceptis Domini, legesque & statuta ejus stricte observarent. Hinc quum tale ibi adhibetur verbum, quod scissionem & dissectionem quandam in volt olimque in foederibus pangendis dissectionem pecorum adhibitam fuisse constet, occasio nobis subnascitur, pauca quædam de isto ritu apud Judæos quoque usitato in medium afferendi. Nam & in hoc negotio non sine solenni nominis divini invocatione aliisque ceremoniis sacræ peragi solito *Processio* quædam sepe offert. Nempe *Percussio* foederis erat mutua solennis que devinatio de in vicem præstanta illa promissione mutua, siebatque exterris ceremoniis scil. dissecando bestiam & inter partes transeundo q. d. ita fiat ei & ita corpus ejus dissecetur, qui ruperit hoc fadue. Hec est causa, cur Hebrewi, foedus facere, dicant כְּרוּתָה בְּרִית dividere aut dissecare foedus, quemadmodum apud Latinos dicitur percutere foedus que locutio

locutio fluxit ab antiquo fœderis faciendi more. Sacerdos enim vel Fœderalis feriebat porcum silice, dicens: qui prior defecit dolo malo, hunc tu illo die Jupiter sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam Liv. Dec. I, LI. c. 24. Verba sunt Th. Goodyvini in Mose & Aar. LVI. c. 8. §. 16. Insignis de hac animalium in fœderibus fangiendis dilectione, & per partes utrinque dispositas Processione, extat locus Jerem. XXXIV, 18. Scilicet solenne Ju-dæi in Templo coram facie Dei pepigerant foedus, quod servos fervasque suas ultra tempus in lege divina præstitutum in servitute retentas restituere vellent in libertatem; id quod etiam exequabantur. Sed cum paulo post redirent ad vomitum, dimissosque servos reposcerent, & vi eos ad serviendum rur-sus cogerent, ægerrime hoc Deus ferebat, gravemque admo-dum ob neglectum foedus in eos pronuntiat comminationem, qua simul ritum in fœdere teriendo observatum luculenter exponit. Audiamus ipsum loquentem: Sic dicit Dominus: Vos non audivisti me, ut proclamaretis libertatem quilibet fratri suo, & qui-libet socio suo; Ergo ecce ego proclamans vobis libertatem, dicit Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo vos in commotionem omnibus regnis terre. Et dabo (s. ponam) viros istos, qui transiverunt (i. prævaricati sunt) fœdus meum, eo quod non stabiliverunt verba fœderis, quod per cussurum coram me, ponam, inquam, sicut vitulum, אשר כרת רשנית ועברו בז בתרו quem dissecuerunt in duas partes, & transiverunt inter segmenta ejus. Scilicet Principes Iudeæ & Principes Ierusalem, Aulici, & Sacerdotes, & totus populus hu-jus regionis,qui בז בתרו העגדת, tali partes transiverunt. Quibus verbis satis dilucide ritus iste oculos nobis ponitur, quod scil. soliti fuerint animal quoddam occidere, idque in duas partes dividere, easque ex adverso si-bi utrinque ponere, postea cum singulis, qui foedus inibant, per hac animalis segmenta transfire, cumque ritu hoc sibi met-ipsis similem exitum, si disagi fierent, precari. Hinc Deus quoque i. c. Judæis, qui foedus pactum neglexerant, illudque disrupterant, comminatur, quod eos ponere velit sicut vitu-lum,

lum, quem dissecuerant, & per partes ejus dissectas transierant. Hoc enim sibi sine dubio erant imprecati.

## §. XIV.

Hunc vero ritum foedera pangendi antiquissimum esse, nec apud Judæos tantum, sed & reliquos Orientales usitatum, satis constat. Chaldaëis præcipue tribuit Cyrilus L. X. adv. Julianum, nec caret assertio ejus fundamento. Elegantissimus eam in rem occurrit locus Gen. XV. ubi ipse DEus hunc ritum, cum foedus iniret cum Abrahamo, qui erat Chaldaeus adeoque ritum tam non ignorabat, obseruavit. Sic enim v. 9. 10. inquebat ad eum: *Affer mibi vitulam triennem, & capram triennem, & turturam, & pullum. Et attulit ei omnia hec, & divisit ea per medium, & posuit dimidiatam cuiusque partem & regione alterius. Aves u. non divisit.* Et hic quidem describuntur præparatoria quasi foederis lanciendi, per dissectionem animalium, aptamque partium dissectoriarum dispositionem. Jam v. 17. 18. sequitur ipsa foederis sanctio & consummatio per transitum per dimidiatas animalium partes: *Et factum est, cum Sol occidisset, & tenebre facte essent, וְהַנֶּרֶת תָּנוֹר עַשׂ וְלִפְיד אֲשֶׁר בֵּן הַגּוֹרִים תָּאַלְדֵּן ecce furnum fumantem & facem ignis, qua transibat inter segmenta illa.* Hoe die pepigit Dominus cum Abrahamo foedus, dicendo: *semini tuo dedi terram hanc.* Habes ergo hic faciem ignis & lampadem ardenter per disposita animalium segmenta transiuntem, quæ nihil aliud erat, quam Symbolum DEi transeuntis & cum Abrahamo pacientis. Condescendit quippe DEUS pro admiranda sua φιλαρθεωσίᾳ Abrahamo, ejusque imbecillitati hoc ipso succurrerit, perindeque fuit, ac si dixisset: *Ego in partes discripsi malo quam non servare pæcum cum Abrahamo.* Conf. Theodoretus super h. l. *Fuit ergo hec lampas, inquit Corn. a Lapide ad h. l. facula ardens & in d. x. DEi, qui pasim solitus est in V. T. apparere in igne.* In hoc vero nescio an consensum idem scriptor mereatur, quando non DEum ipsum, sed Angelum quendam loco ejus transisse putat. Sic enim quibusdam interjectis pergit: *In foederibus feriendis solebant ferientes transfire inter victimas divisiones, imprecantes sibi similem necem & divisionem, si foedus violarent.* Hob

ergo

ergo lampadis l. facula transitu per media animalia firmat Deus summe fœdus cum Abram: loco enim Dicitur transitus Angelus in hac face representatus & delitescens. Abram quoque qui fœdus initum cum Deo, pari modo transiisse, vel potius visus sibi transire, intelligendus est. Omnia enim hec in visione sibi videre visus est Abram. Frequens quoque hujus ceremonia apud profanos Scriptores injicitur mentio, quorum loca tamen brevitatibus jam litantes & ad alia festinantes lubentes prætermittimus. Nobilissimus Barthius ad Stat. Theb. IV, 416. meminit, se in *Superstitionum Commentariis* multa de disjectis animalibus, per quæ media transferunt lustrandi homines, notasse; sed, quod dolendum, non hunc modo, sed & plures alios stupendi ac divini plane ingenii hujus foetus edaces nobis flammæ surripuerunt. Interim consuluntur de ritu isthoc Sam. Bochartus in Hieroz. L. 2. c. 33. Kippingius Antiqu. L. 1. c. 12. §. 16, & qui nuper modo ex instituto hanc rem pertractavit Vir doctus Jo. Dan. Jacobi duabus Dissertationibus non ita pridem in hac Academia conscriptis,

## §. XV.

Ex captivitate Babylonica Judæi quum rediissent, Temploque & Urbem reædificasset, & muris cinxissent, solenni eorundem dedicatio peragebatur Procesione. Formaverat quippe Nehemias שְׁתִּי הַוֹּרֶת גָּדוֹלָה duos ingentes celebrantium ordines sc. classes, zween grosse Dancz-Chör, ut B. Lutherus verit, qui sub direktione Esdræ & Nehemia per muros ibant cum buccinis aliquisque instrumentis musicis clangentes, sicut que maximo cum gudio muros Urbemque dedicantes, prout insignis illa Procesio Nehem. XII, 27. 44. eleganter describitur. Ex hac urbis & murorum dedicatione subsequentibus temporibus originem traxisse videntur ceremoniæ pomoeria urbis Hierosolymæ proferendi; de qua re ius quoddam singulare constitutum est, quod ex libris Talmudicis Maimonides in Halacha Beth habbechira c. 10. prodidit. Nempe cum amplianda urbs esset, magnus Senatus Sanhedrin, Rexque & vates unus oraculum, quod Urim & Thummim vocant, consiluerunt. Mox postquam illi de interpretatione divini responsi inter

fe consenserunt, Senatores Sanhedrin carmina duo, in quibus erat gratiarum actio, recitarunt, panesque totidem fermentatos sumpsere, atque egressi illico cum cymbalis nabiisque & citharis ad cujusque vici flexuras atque ad cippos omnes, qui erecti erant in urbe, confiterunt, effatique illa verba sunt **ארומך יהודָה כו רלוֹתָנִי** Exaltab te Domine, quoniam exaltas me. Tandem cum ad locum illum venissent, quem idecirco consecrari oportuit, quod pomeriorum finis esset futurus, substitere omnes; atque illic ex duobus panibus, quos decantatio gemino carmine acceperant, unum comedenterunt, alterum asserunt flammis. Ita refert P. Cunæus de Republ. Hebraor. L. I. c. 7.

## §.XVI.

Huc quoque referri posse videtur illa solennitas, cum Judas Maccabæus pulsis hostibus cum exercitu suo Hierosolymam reveritus adscenderet in montem Sion, Templumque ab Antiocho per idolum Jovis profanatum purgaret, & verum Dei cultum hactenus abolitum restitueret. Describitur hæc solennitas 1. Maccab. IV, 37. sq. & 2. Maccab. X, 1. sq. constitutumque a Juda Maccabæo est, ut sit annua, perque octo dies singulis annis a vigesimo quinto die mensis **כׁסְרוֹן**, qui nostro Decembri respondeat, maxima cum lætitia celebraretur. Meminit ejus Josephus Antiqu. L.XII. c. 11. Tanta, inquietans, letitia ob reductos ritus patrios & priscam religionem occupavit gentis animos, maxime quod ea felicitas ex insperato obtigerat, ut lex data sit ad posteros, que juberet quotannis hoc festum reparati cum ceremoniis templi per octo dies celebrari, & ex eo tempore mos hic apud nostros obtinuit. Vocatur hoc Dedicationis Templi Festum **Εγκαίνια**, Joh. X, 22. Εγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τῷ Ιερουσαλήμ, καὶ χειρῶν ἦν. Dicitur quoque Festum luminum sive Accensio lucernarum, quod Iudei hoc Festo ad parietes Templi lumina passim suffigerent; Vel quod lampades in Templo rursus fuerint accensæ. Quid de re in libro precum: *In diebus Matthatis filii Iohannis, magni Sacerdotis veneratus filii tui in oraculum domus tua, & purgarunt Templum tuum,*

*E* mundarunt sacrarium tuum & accenderunt lucernas in ariis san-  
*ti-tui & definierunt octo dies istos celebrari cum laude & festivitate  
Ut vero solemnitatem hanc non sine Procesione quadam trans-  
actam fuisse credam, movet me prima ejus celebratio, de qua  
2 Maccab. X. 6. 7. commemoratur, quod festum hoc celebraver-  
rint ad modum *Festi Tabernaculorum* & salices, palmas, aliarum  
que arborum virides ramos tulerint, Deumque pro concessa  
victoria & templi purgatione laudaverint. Talis vero Proces-  
sio cum ramis viridibus in festo tabernaculorum obtinebat  
ut mox audiemus. Consuli de hoc Encaniorum Festo possunt  
Josephus Antiqu. I. c. Heinsius Exerc. sacr. c. 23. Chr. Nisa-  
nius adv. Grotii Annot. in Jo. Posit. LXIX. p. 181. Hadr. Re-  
landus Antiqu. Sacr. Vet. Hebr. P. IV. c. 12. §. 6. Joach. Hil-  
debrandus Antiqu. Bibl. L.I. Sect. I. p. 45. Th. Goodwinus  
Mof & Aar. LIII. c. 11. §. 3. seqq. aliisque. Huic purgationi Tem-  
pli respondebat quodammodo purgatio Arcis Hierosolymitanarum  
Simone non sine insigni latitiae testificatione peracta. Cum  
enim hostes, qui inibi erant, per obsidionem ad incitas reda-  
cti se dedissent, Simon Arcein gentium idolis & abominationi-  
bus foedatam jusstis purgari, in eamque cum ramis palmarum  
variisque instrumentis musicis ingressus est, & DEO decentes  
probenevolia ex gentium tyrannide liberatione grates persolvit,  
vid. 1 Maccab. XIII. 49. seqq.*

P. XVII.

Jam igitur ad Procesionem in Feste Tabernaculorum apud Iudeos usitatam, cuius & preced meminimus, nos conferimus, brevissimis eam expedentes. Institutum ab ipso DEO erat hoc festum in memoriam commemorationis Israelitarum in deserto subtentoriis, modusque celebrandi illud describitur Lev. XXIII, 33. seq. In primis vero ad nostrum negotium pertinet, תְּלִקְחָתָם לְכֶם בַּיּוֹם הַרְאָצֵן פָּרִי עַזְּ וְעִירְבִּי-נְחָרֶב וְשִׁמְחוֹת לְפָנָי כְּתָף תְּמִרְוּם וְעַנְפָּעָז עֲכָרֶת וְעִירְבִּי-נְחָרֶב וְשִׁמְחוֹת לְפָנָי Et summis vobis in die primo fructuum arboris pulcherrima, spathulas palmarum, & ramos ligni densi

rum frondium, Salicestorrentis, Letabimini coram Domino DEO  
 vobis septem diebus. Circa hæc verba acerrima lis est inter Karai-  
 tas & reliquos Judæos, quam prolixè ut discutiamus instituti no-  
 stri ratio & pagellarum angustia non permitunt. Illi enim  
 tentoria ex his recensitis speciebus confienda esse propugnant,  
 sententiamque suam ex Nehem. VIII, 15. seqq. conan-  
 tur stabilitate; Hi contra defendunt, & mea quidem opinione  
 recte, fasciculum saltem ex ipsis speciebus esse colligendum &  
 manibus gestandum, quem fasciculum vocant לולאף, Lulaf;  
 Et sic locum hunc a Judæis sub primo templo viventibus esse in-  
 tellectum, festumque ita celebratum uno ore aferunt. Intel-  
 ligunt itaque per fructum arboris pulcherrimæ, malum citri,  
 quod אַתְּ רֹגֶג, Etrug, vocant; Hoc in manum sinistram sume-  
 bant, fasciculum autem ramorum ex spathis palmarum, sali-  
 cum & myrti confectum in dextram, & sic quovis die semel al-  
 tare circumibant, leptimo vero die septies; Unde dies iste di-  
 cebatur יְמֵן מִשְׁמָרָה תְּנֵס הַמִּזְבֵּחַ, Jo. VII, 37. Extra Hiero-  
 lymam vero uno tantum die בְּלֹא gestabant. Hanc Judæorum  
 tum veterum tum recentiorum consuetudinem Maimonides ita  
 exponit: Altare singulis diebus cum Lulaf in manibus una vice circui-  
 resoliti sunt & dicere: Quæsõ Domine salva, fac ut prospere succedat ob-  
 serua. At die septima altare septies quoque circuibant. Nunc vero Isra-  
 eli receptum, ut arcum in media Synagogasstat, eamque singulis diebus eo  
 circumeat modo, quo olim altare in uenientiis templi. Meminit  
 quoque ceremoniæ hujus Josephus Antiqu. Jud. III, 10. ubi totum  
 Festi Tabernaculorum processionem describens subiicit: οειντας  
 επτάκις χρεσιν ἐπεστολην μετατίνειν καὶ ισας σὺν κριδῃ Φωκῃ πε-  
 ποιησεν, τε υπλεθε της περσεων καρόνται, gestantes in manibus  
 ramum myrti & salicis cum ramo palme facto, addito præterea malo Per-  
 seas. Quam solennitatem Plutarchus videtur innuisse, quando  
 LIV. Sympol. Qu. 5. scribit: Εστι δὲ καὶ κραδὸν Φωκα τοῦ ἑργῆν καὶ  
 δυοστοφοπεια πρᾶξιν θύεσται προτερες τοῦ λεγού εἰσιται. Et et-  
 iam Judæis solenne festum cradephorias & thysophorias, ubi thysos seu  
 baculos frondibus cinctos habentes in templum intrant. Illum vero fa-  
 sci.

sciculum, quem ferebant, vocabant quoque *Hosanna*, sine du-  
bio exinde, quia tenentes eum inclamant DEum חֶרְשִׁיעָה,  
*salva quosa*. Atque huic ceremonia ἀνάλογο quodammodo est  
memorabilis illa Salvatoris nostri Hierofolymam ingredientis  
exceptio, latitiaeque a vulgo concepta publica declaratio, de  
qua Matth. XXI, 8. 9. Ο δέ πλειστού ὅχλου ἐπρωσαν ἑαυτῶν τὰ  
ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ. ἄλλοι δὲ ἐκπίπον κλάδους ἀπὸ τῶν δειδών, καὶ  
ἐπρώνυμον ἐν τῇ ὁδῷ. οἱ δὲ ὅχλοι προσάγοντες καὶ οἱ ἀκολυθῶντες  
ἔκραζον, λέγοντες Ὀστενά τῷ κῦρῳ δαβίδῳ. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμε-  
νος ἐν ὀνόματι Κυρίου ὠστενά ἐν τοῖς υψίστοις, conf. Marc. XI, 8.  
Luc. XIX, 36, seqq. & primis Jo. XII, 12, 13. ubi insignis illa  
Procescio his verbis effertur: Τῇ ἐπάντιον ὅχλῳ πολὺς ὁ ἐλθὼν  
εἰς τὴν ἐστίν, ἀπόστατες, ὅτι ἐχέτεαι ἡ Ιερόσολυμα ἐ-  
λαζού τα βρύα τῶν Φαΐνων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν ἀπότοι, καὶ  
ἔκραζον. ὀστενά εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ  
Εαυτός τοι Σωτῆρας. Vide non de hac tantum, sed & altera  
breviter hic usque delineata Procesione in Festo Tabernacu-  
lorum egregie & eruditè differentem B. Groddeckum in Diss.  
Tabernaculorum solenni; Nec non B. J. H. Ursinum in Arbor.  
Bibl. c. 2. §. 24. seqq. & c. 44. qui itidem fuse docteque hue faci-  
entia enarrat. conf. Hadr. Relandus Antiqu. S. Vet. Hebr. P. IV.  
c. 6 §. 8. Th. Goodwinus Mol. & Aar. LIII. c. 6. §. 3. seqq. &  
Cl. Hottingerus in subjectis Notis.

## f. XVIII.

In eo jam eramus, ut Sectionem hanc primam de Proces-  
sionibus Hebreorum sacris concluderemus; Sed remoratur nos  
paulisper alia adhuc Procescio in Festo Tabernaculorum adhibi-  
ta, scilicet, quando aquam petebant e fonte Siloah, quod ma-  
gna cum solennitate nec minor laetitia fiebat. Vocabatur illa  
Cermonia נִיסְךְ חַמִּין Libatio aquæ; Cum enim aqua esset  
allata, cum vino in altare effundebatur, canente toto populo  
illud Es. XII, 3. Haurient aquas in letitia ex fontibus salutis. Bre-  
viter ritum hunc laudatus Groddeckl. c. nobis ita delineat.

Post.

Post iuge sacrificium matutinum sacerdos quidam cum aureo cantharo sive  
 amphora ibat ad piscinam Siloah, qua juxta R. Salomonem & Obadiam  
 de Bartenorain not. ad Mischn. mox citandum erat  
 בְּעִיר סָמָךְ רַוְשָׁלָמְן, fons prope Jerusalen sisus, & forte idem est, cuius aqua  
 commendantur ab Esaia c. 8. 6, ibique aquam hauriebat, quam deinceps  
 per portam aquae in atrium reversus, maximo cum jubilo exceptus, super  
 altare, cui membra victimae erant imposita, effundebat, ut summatim hic  
 ritus describitur in Mischna Tr. Succa. c. 4. f. 48. a. atque tunc totus pa-  
 pulus occupatus erat circa cultum religiosus נִסְךְ הַמִּזְבֵּחַ, cum-  
 que appropinquaret is, qui amphoram portabat, cum populus cum magna  
 letitia excipiebat, simulque cum eo altare, super quo tunc aqua effundenda  
 erat, circuibat. Haec tenus Grodeckus. Unde appetat Pro-  
 cessionem aliquam fuisse, quia populus Sacerdotem comitatus  
 est cum magno jubilo. In ordinatam autem hanc fuisse turbam  
 non sit verosimile, quum alias apud Judæos omnia ἡχητιών  
 καὶ κατὰ τὰ ξύλα, in exterioribus præcipue fuerint habita. Atque  
 ex hoc ritu jam, quem ex L' Empereur in Middoth c. 2, Sect. 5.  
 defumptum breviter simul exponit, J. H. Ursinus verba citata  
 Esaiae XII, 3. Haurietis aquas &c. sic ὡραὶ φεγγίαι: Celeberrimum est  
 vestrum gaudium in Feste tabernaculorum, præsertim, quod festivitate no-  
 eterna legi superaddita celebratis; hausta enim e fonte Siloah aqua cum  
 vino libaminis super altare effundenda haurientem & adferentem cum tara  
 cantara excipitis: pri saltantes manusque facies preferentes hymnos  
 cantant, & Hoschianna ingeminant; Levite instrumentis ludunt; Sacer-  
 dotes tubis clangunt, tantaque omnium letitia est, ut dicere soleatis: Qui  
 non vidit gaudium in loco ab hauriendo denominato, vide  
 nunquam gaudium! At temporibus Messie majore gaudio exultabitis,  
 eum haurietis aquas rivas de fontibus Salvatoris fistula fidei, de quibus in  
 ipso Magno feso Tabernaculorum ipse Dominus locutus est, accepta ab ipsa  
 diei consuetudine dicendi & docendi, promere suo, occasione. Respicit  
 vero B. Vir his postremis verbis ad dulcissimam illam Salvatoris  
 vocem, qua eodem feso ad hunc libationis aquæ ritum alludens  
 Judæos ad fruitionem aquæ spiritualis invitabat, qua de re Jo.  
 VII, 38, Ev. εἰς τὴν ἐκάτην μέσην τὴν ποράλη τῆς ἑσπέρης σιντός, καὶ  
 ἔκπειται.

Ἐνεργές λέγουν. Εάν τις διψᾷ, ἐρχόμενος με, καὶ τινέτω. Οἱ πι-  
στοῦν ἔσται καθὼς εἴπεν ἡ γραφὴ, ποταμὸι ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν  
πέντε στόν ὑδατος λέντος. Quin imo ad morem hunc libationis  
aquea L' Empereur l. c. refert quoque Aquationem Israelitarum in  
Mirpa 1Sam. VII, 6. ubi *Vap* in verbo וְיַבְשָׁה וְjejunarunt signi-  
ficare ait postquam q. d. & hauserunt aquam, nempe pro more  
cum gaudio, postquam jejunassent, jam spe fideque de DEI  
auxilio a Samuele promisso v. 3. securi & hilares. Pulchre pre-  
fecto, addit laudatus Ursinus, ut ex jejunio & confessione de contri-  
tione eorum fieri posse iudicium, de fiducia ex aquatione. Certe  
nulla aliorum Interpp. satisfacit attempo expositio. Vid. Anal. Sacr.  
Vol. I. c. 64. ubi triplicem loci hujus expositionem adducit, sed  
nullam, præter hanc datam, approbat. Ceterum an ceremonia  
hæc singulis festi diebus, an septimo vel octavo saltem fuerit  
peracta, Autores non convenient. Frequentes tamen eo in  
clinant, aquam totis septem diebus fuisse libatam. Perageba-  
tur autem hæc solennitas ab illis, qui optimi in Israele habeban-  
tur, teste Maimonide: *Gandium hoc si multiplicatur, optime se habet.*  
*Non plebeius, aut qui voluerit, celebritatē hanc per agit, sed non nisi sapi-*  
*entissimi in Israele, Rectores Academiarum, Judices, excellenter pii, Seni-*  
*ores, & qui gespis famam acquisiverunt: Memorati saltabant &c.* Ve-  
rum omnis populus, tam femina quam Viri, omnes spectatum &  
audiu-  
rum venient. Finem v. hujus ritus eum potissimum fuisse tra-  
dunt Rabbanistæ, ut elicerentur a divina gratia pluviae in se-  
quentem annum, quum jam sementis tempus instaret. Vid. sa-  
pe laudatus Goodyvinus Mose & Aar. L. III. c. 6. §. 12. & ibi Cl.  
Hottingerus. it. Relandus Antiq. S. Vet. Hebr. P. IV. c. 6. §. 6. &  
Leidekkerus de Republ. Hebr. L. IX. c. 7. f. 363.

## §. XIX.

Atque hæc fere sunt Processiones sacræ, quas apud He-  
bræos ductu potissimum S. Scripturæ & Antiquitatis Judaicæ  
hac quidem vice observare licuit. His omnibus jungatur ad-  
huc mos apud eosdem receptus procedendi cum Choris atque sic  
divina celebrandi beneficia, de quo in sacris literis non semel fit  
mentio. Scilicet in usu apud Hebræos erat, ut post singulare

aliquid acceptum beneficium divinum non mares tantum, sed & foeminæ, virgines in primis atque puellæ, ad declarandum gaudium suum integris exirent choris cum tympanis variisque instrumentis musicis, laudesque divinas psallerent ac decantarent. Eximius locus hac de re occurrit Ps. LXVIII, 26, ubi David victorias Christi per verbum Evangelii partas stylo & phrasim V. T. describens Chorum nobis eleganter depingit: קָרְם שָׂרִים נָגְנִים בְּתוֹךְ עַלְמֹת הַוּפֶרֶת. Quæ verba mea quidem opinione sic reddi possunt: *Prætenerunt cantores, postremo loco (eunt) pulsatores, in medio virgines tympani cantantes.* Hieronymus ita reddit: *Præcesserunt cantores eos qui post tergum psallebant in medio juvencularum tympanistriarum.* Quem sequuntur quoque cæteri, qui Hebreæ textum præ oculis habent, præter Cajetanum, qui hoc modo vertit: *Prævenerunt principes, post sonatores, aitque describi triumphos Judicum & Saulis in victoriis, quas retulerunt, illosque prævisse ante exercitum, sed præcedentibus sonatoribus, hinc & hinc juvenculis tympanistriis consistentibus in viis. Chaldæus: Prævenerunt & dixerunt Canticum post Mosen & Aaron, qui modulabantur ante eos.* Septuaginta: Προεσθασαν ἀρχοντες ἐχόμεναι φαλόρων, vel ut emendatione Biblia habent, ἐχόμενοι. Vox Hebreæ שָׂרִים significat Principes si ω habeat punctum in sinistro cornu, cantores, si in dextro. Utraque hoc loco significatio potest concurrere, ut sint principes cantores sive præcentores. Græce autem ἐξαδι τινὶ est adhucere atque conjungi alicui, proximum esse, proxime sequi. Sic Apostolus Hebr. VI, 9. appellavit ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, viciniora salvi. Si igitur sumamus ἐχόμενα, sumendum erit ἐπιφραστικας, ad verbaliter, *Prævenerunt principes, postea psallentes;* Si ἐχόμενοι, erit nomen significans, quod proximi erant, vel conjuncti placentibus, sive hi priori starent loco, sive illi. Utique enim præcedebant reliquam multitudinem. Verba sunt Lorini Comment. ad h. l. Ut cunque vero verba illa explices, alludi certe ad morem cum choris procedendi manifeste deprehendes. Quo etiam pertinet v. 12. de choris evangelizantium N. T. cuius sensum hunc esse Ursinus Anal. S. Vol. II. L. I. diligenter fio, ut longe plus dicam. C. 4.

c. 4. dicit: *Egregiar obtinebit populus Dei victorias, ut Evangelizantes per magnas turmas conuenture, & horumque pro more agitantes Epinicis publice decantature sint: Deus ipse & verba suppeditabit, & canendi materiam ac occasionem.* Summa erit: Reges exercituum magna animorum consensione se invicem diligere, aeternoque federe conjunctos esse. *Tanquam Reginam, qua sit decor quasi & amanitas domus Regia, spolia partiri, ac inter eos, qui vero strenue gesserint dividere &c.* Conf. Glasius Phil. S. L. 3. Tr. 1. col. 6 10. 611. qui planius rem explicat, quando ita commentatur: *Aus de praeterito aut de futuro Iherusalem beneficio verbahac loquuntur. Si de praeterito (uti ex precedentibus) apparet verbis v. 8. sq. femininum genus de feminis Deo tripudiantibus propriissime usurpatum. Moris enim erat, in populo Dei exercitum a choris feminarum & puellarum cani, ac Deo gratias agi,* Exod. 15. 20. Jud. 15. 11c. 11. 34. 1. Sam. 18. 6. 7. & in ipso hoc Psalmo 68. 26. Sensua igitur est: Dominus dabat sermonem; earum, quae annunciantur, exercitus erat magnus, dicentium vers. 13. Reges exercituum fugiunt, fugiunt, & quae commoratur Domini, partitur spolia, hoc est, ipsa mulieres imbellis partiuntur spolia: ut Jud. V. 21. Debora canit: *Proculato anima mea robur, hostium scil. auxilio Dei prostratum.* Si de futuro, sicque de predicatoribus Evang. in N. T. verba intelligantur, tum non ad præstantiam feminini generis; sed ad postoram feminarum in V. T. consuetudinem Psaltes ibidem respicit. Solent enim Prophetæ de rebus & cultu N. T. phrasibus sui temporis uti, seu talibus, que ex V. T. conditione, cultu, & ritu, desumuntur, ut suo loco declaratum est. Sic Deus ipse ad morem hunc videtur respicere, quando inter alia beneficia Judæis ex captivitate Babylonica reducendis conferenda hoc quoque allegat Jer. XXXI, 4. Amplius edificabo te, & edificaberis', virgo Israel, amplius leta tympanizabis וְיַצָּאֵנִי בְּמִזְבֵּחַ מְשׁוֹרֵךְ egredieris in Choro ludentium. conf. vers. 13. & c. XXX. 19. Omnia optime v. rem illustrabunt exempla eorum, qui ita cum choro processere. Sic Exod. XV. 20. de Mirjam memoratur, quod sumplerit tympanum in manum suam, & eam secutæ sint omnes mulieres בְּתָהֶם וּבְמִזְבֵּחַ וְיַצָּאֵנִי ob delectum in mari rubro Pharaonis exercitum cum tympanis & choris, Deumque sic cantico eucharistico, Mosai eo ἀποστολᾳ, ob delectum in mari rubro Pharaonis exercitum

laudaverint ac celebrarint. Simile quid tacitatis Debora videtur in suo cantico cum Barak. Judic. V, 1. Clarius resest cum Jephtha, cui viðis Ammonitis domum redeunti unica obviam fit filia, quæ patrem exceptura victorem **תָּפִיס וּמְהוֹלֶה** *cum tympanis & choris* lata processerat. Judic. XI, 34. Silunte festum annum celebrabatur Domino, in quo virgines ejus loci exibant, **רְחוֹר בְּמַחֲלוֹת**, *ad saltandum cum choris*, unde sibi Benjamita a cæde inter ipsos facta reliqui **מִן־חַטֹּוֹתָוֹת** *ex choris istis* sumebant uxores. Jud. XXI, 19. Sic quum Saul e prælio cum Allophylis habito reverteretur, mulieres varia instrumenta musica gerentes, ex omnibus urbibus in occursum ei veniunt **לְשׁוֹר וּמְהֹרֶת** *ad cantandum & ad choros* I Sam. XVIII, 6. Et quum primum in Regem a Samuele esset unctus, veniretque **אַלְרִינְבָּרְתָּן הַלְּחִיָּס** *ad collum Dei*, ut vulgo vertitur, occurrit ei חֶל נְבָאֵם וּרוֹדֵם מִחְמֹזֵה לְפִנְיָה נְכָל וּתְהִלָּה וּכְנֻור וּחַמֶּת מִחְנָכָה: Coetus s. Chorus Propheta: *rums descendientium ab excelsa, & ante ipsorum nubium, tympanum, & fistula, & cithara, & ipsi erant prophetantes, sive, divina beneficia eternamque maiestatem & gloriam ad fidium, tibi arum, tympanorumque, que vel ab ipsis vel ab aliis Musices peritis, scienter pulsabantur, concentum decantabant, ut zanga<sup>q</sup>ed<sup>g</sup>: Cl.Jo.Chr.Wichmannshausen Diff.de Saule in גְּבָעָה הַאֲרָיוֹן* vaticinante ad I. Sam. X, 5. 10. §. 8. conf. I. Sam. XIX, 20. Verum satis de his. Procedamus jam ad alia sitque.

## Sectio II.

DE

PROCESSIONIBVS HEBRÆO-  
RUM PROFANIS SEU CIVILIBVS.

S. I.

**P**ostquam itaque haec tenus Processiones, quæ ad cultum divinum spectant, & ad honorem sive DEO vero, sive falso & fictitio habitum, quocunque modo referri possunt, vidimus, easque *sacras* appellavimus; reliquum est, ut divisionis

sionis superius factæ memores etiam profanas breviter perlustrerimus. Profanas appellare eas placuit, non, quod omnis ibi exulet pietas reverentiaque Numinis, sed potius, quod non proprie & immediate ad cultum divinum referantur, verum in communi tantum & politica vita, civilique hominum conuersatione, occasione ita ferente, adhiberi consueverint.

## S. II.

Atque tales Procesiones Civiles & profanas apud Hebreos quoque offendimus, quas si melioris ordinis & tractationis ergo dividere velis in letas & tristes, per me id quidem licebit. Letas quod attinet, primum inter eas locum mereatur occupare memorabilis Israelitarum ex Aegypto egressus, Exod. XII. XIII. & XIV. descriptus, qui quidem non sine insigni apparatu letitiae haud vulgari siebat, ut ex Ps. CV. 43. & CXIV. videre est. Subitus quidem erat exitus, non tamen confusus, quippe cum non more fugientium, sed legitimo, exercitus bene dispositi more, ordine incederent. Ducebat eos Deus sicut gregem ovium per Moysen & Aaronom, ut Psalmus LXXVII. 21. loquitur, conf. Ps. LXXVIII. 52. In primis vero hoc facit, quod Exod. XIII. 18. dicuntur Israelites egressi Ισραηλ, de cuius vocis sensu h. i. viri docti maxime litigant. B. Lutherus vertit: Illud die Kinder Israels zogen gerüstet aus Egyptenland, ubi in Glossa marginali dicit: gerüstet i. Ebreisch gesünftet. Was das sey, lassen wir andere suchen. Obs sey, daß sie bey fünf haussen gezogen, oder bey fünffen neben einander gegangen sind, oder was solche fünffe sey. Denn von den fünffen Dieben, so das Harnisch erreicht am Leibe (wie die Jüden hic klugeln) verstehen wir nichts. Sic enim Hebrei, & qui cum illis faciunt, communiter Ισραηλ idem esse dicunt quod Ισραηλ expediti, accincti, armati, scil. ad πόλιν sive quintam costam, quam militaribus armis succinctam habebant. Vel simpliciter: Accincti, εὐθωος cilicet baltheo modo vel cingulo, quo expeditius iter possent lucipere. Verum nihil prohibet, quo minus dicamus, Israelitas quinos & quinos, ημεταιγρας, ut

E 3 The-

Theodotion verit, legitimo ordine incessisse, sive quini & qui-  
ni, sive in quincunxias dispositi, incesterint. Hęc enim vocis com-  
munis est & primaria significatio, quam ut deseramus nulla  
urget vel necessitas vel absurditas. Nam quod ex Jol. I, 14. &  
IV, 12. objicitur, **רַבְנָה** ibi quoquę notare **armatos**, id qui-  
dem adeo expeditum nondum est, ut debeat credi, quum nihil  
vetet, quo minus per **רַבְנָה** ordine militari per **quincunces** di-  
spositi possint intelligi, præ primis quum qualitas & conditio eo-  
rum statim subiiciatur, quod scil. fuerint **חֲלֹצִים וְצָבָא** expediti  
**ad militiam** & quo ipso arma jam subintelliguntur, conf. Num.  
XXXI, 3. 5. Ut adeo ex mente B. A. Pfeifferi vox **רַבְנָה** li-  
cet formaliter non notet **armatos**, metaleptice tamen vel materiali-  
ter tales admittere possit. Ut taceam ab uno loco ad alterum  
non statim posse concludi. Neque sane, si rem penitus paulo  
introspiciamus, probabile videtur, arma Israelitis durissima  
sub servitute anhelantibus a Pharaone & Ägyptiis fusile con-  
cessa, quin alias inter dominantium stratagemata illud non  
fuerit postremum, ut iis, qui sub alienam potestatem vel jam  
redacti vel adhuc redigendi essent, arma tum ipsa, tum fabri-  
talia conficentes, auferrentur, omnisque sic occasio res novas  
moliendi praecideretur. Vestigia & exempla hujus rei habes,  
Judic. V, 8. 1 Sam. XIII, 19. 22. 2 Reg. XXIV, 14. Jerem. XXIV, 1.  
XXIX, 2. conf. Ursinus Anal. S. Vol. II. L. 2. c. 3. Et tale quid etiam  
cum Israelitis fecisse Pharaonem non inepte conjicere licet ex  
Exod. I, 10. ubi tanquam præcipuum Israelitas dolo supprimendi  
causam Pharaeo allegat, quod numero iplos Ägyptios supera-  
rent, adeoque metuendum esset, ne si bellum oriretur, a partibus  
flarent hostium, iisque juncti contra Ägyptios pugnarent terraq;  
excederent. Jam vero Pharaoni Israelitas inquisitissimo lervitu-  
ti jugo prenere animo agitanti longe magis ab ipsis fuisse  
metuendum, si non arma ipsis prius eripi curasset, quippe per  
quæ, si retinuissent, servitutis jugum facile potuissent excute-  
re, seque in libertatem optime vindicare. Si quæ tamen  
ulla unquam Israelitis tunc quidem temporis, de quo certe dubi-  
tari adhuc posset, arma suspetierint, quippe quum gentem rei  
famis.

familiari & pecuariæ magis, quam militiæ, deditam & intentam fuisse, satis constet. Sed si largiamur etiam, arma Israëlitæ habuisse, dubitari tamen rursus posset an Pharao armatos eos finibus suis excedere permiserit? Et si permisit armatos excedere, eur postea ob insequentem Pharaonem ejusque copias, adeo tremunt, exhorrescent, gemunt & ejulant, quum arma supeteren hostium furorem facile repressura? Hæc & alia mecum perpendens in sententia mea לְמַשֵּׁה I. c. non notare armatos sed innui, quod Israëlitæ vel quini & quini, vel in quincunces dispositi, ex Ægypto egressi sint, magis magisque confirmor, in primis quum Calvinum, Junium, Rivetum, Fullerum, Sixt. A. mamam, Varenium, aliasque Viros Celebres consentire videam. Vid. A. Pfeiffer Dub. Vex. Cent. I. Loc. 93. p. 261. Leideckerus de Republ. Hebr. L. IV. c. 2. Cæterum si omnem Ifrachitarum in deserto peregrinationem continuum quandam Procesionem appellare velles, me quidem judice non errares. Ordinem, quo incedere debuerint, ab ipso Deo constitutum plane elegantem vides Num. II. executionem vero habes c. X. 11 - 28. Referas quoque hoc egressum Judæorum ex captivitate Babylonica Esr. I. II. & VIII. descriptum. conf. Nehem. VII. Eg. Lll. 11. 12. &c.

## §. III.

Rebus lætitiam cinctibus merito accensetur Victoria de hostiis reportata, Triumphusque post eam institui solitus. Hic qua pompa, quoevere apparatu olim, apud Romanos in primis, fuit peractus, res in vulgus est nota, neque hic prolixè tradenda. Instituti potius nostri memores tales triumphantium ritum antiquissimo more apud Hebræos quoque fuisse receptum observamus. Sane vestigia ejus rei deprehendimus 1 Sam. XXX, 20 ubi David ereptam Amalekitis prædam omnem solenni quasi pompa ante se agens triumphantium more incessit, populo, titulum velut ferculo præfigeret, clamante: רֹא שָׂרֵי Hac præda Davidis! Illustrius vero hujus rei exemplum præbet Rex Josaphat, de quo 2. Paral. XX. legitur, quod post insignem de Ammonitis, Moabitis & Edomitis reportatam victoriam, divisa que hostium spolia, & laudes Deo בעמק ברק in valle bene- dicit-

dictionis s. laudis dictas cum univerlo populo latetabundus Hierosolymam ingressus sit. Sic enim vers. 27. 28. triumphalis ille ingressus describitur: וְשׁוּבָה כִּי־אֵשׁ יְהוּדָה וַיּוֹשְׁלָם וְהַשְׁפֵּט בְּרַאשֵׁם לְשִׁזְבָּק אֶרְאָרְיּוֹשָׁלָם בְּשֵׁמָהָה כִּי שְׁמַתְּ יְהוּדָה מְאוּרָה : וְבַאוּ יְרֻשָּׂה נְכָלָה

וּבְכָרָוֹת וּבְחַצְרוֹת אֶל־כְּבִתְּ יְהוּדָה Et reversi sunt omnes viri Iuda & Jerusalem, & Josaphat ante eos, ad revertendum Hierosolymam cum letitia, quoniam exilaraverat eos Deus ob inimicos eorum: Et venerunt Hierosolymam cum nubilo, & cum citharis, & cum tubis ad domum Domini. Et certe vel solus Psalmus LXVIII. qui non in commode Psalmus Triumphalis meretur dici, morem triumphandi evidenter satis insinuat, indicans quippe & adscensum in montem Sion, & currum triumphalem, & captivorum & spoliorum traductionem, & missilia in vulgus sparsa, aut dona militibus & amicis distributa; quæ omnia in Triumphis observata novimus. In primis notabilis est ver. 19. quem Apostolus diserte ad Christum ejusque triumphalem in coelum adscensum accommodat, quando Eph. IV, 8. ait: Διὸς λαύγει. Ανεβὰς εἰς τὸ ψυχαλωτόν σου αἰχμαλωσοῦν, καὶ ἐδώκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Invuitur vero his ipsis, quod Christus multam in Triumpho duxerit captivorum turbam, quo sensu alias vox Ee. XLIX, 24.25. Jer. XXIX, 14. usurpat. Per hos captivos alii intelligunt hostes spirituales, quinos antea detinebant captivos, uti exponit Chrysolomus: Tyrannum accepit captivum, Diabolum & Mortem, Maledictionem & Peccatum; ὅπερες σκῦλα καὶ λάθυρα, γίνενται πρέδαν & spolia? Homil. XI. h. I. Alii vero intelligi volunt fideles, quos prius illa Tyrannis tenebat captivos, non astu, sed reatu, in infernali carcere. Utraq; quidem sententia ex triumphandi more est petita, prior tamen & verior & textui concinnior videtur, prout ipse Apostolus alibi Iesse explicat, quando Col. II, 15. hunc ipsum Christi triumphum elegantissimis plane verbis describens ait: οὐκέπειστά μεν τὰς ἀεράς καὶ τὰς ἐξόσιας ἐδίγυασσον εἰς παρροτά, θεαμβίσας αὐτοὺς οὐδέποτε. Quorum verborum brevem, at eruditam εἰρήνησον dedit

dedit Magnif. Dn. D. Schmidius noster in pecul. Diss. de victoria Christi glorioſa ad h. l. Conf. J. H. Ursinus Anal. S. Vol. I. L. I. c. 40. Glasius Phil. S. L. 5. Tr. I. c. 4. col. 1479. Nescio an hoc trahenda quoque sint verba Ps. XLVII. 6. ubi dicitur : עלי שופר אלהים בתרועה ויהו בקוק feratione & Dominus cum voce tuba. Communiter enim verba hæc de glorioſa Christi in coelum ascensione, quæ Triumphum omnino refert, intelliguntur, & in Triumphis alias usus Musica haud erat exiguus, ut ex paulo ante allegato Josaphati triumpho aliisque patet. Vid. laudat Ursinus I. c. c. 39.

Hæc de Triumpho dum refero, alius succurrat mos paucis percentendus, quando scil. refeliciter gelta Victoribus a cædo hostium reversis solenniter obviam procedebant, eosque valiorum instrumentorum musicorum modulis excipiebant. Exempla hujus rei habemus quoque in sacris. Qvum enim delectus Israelitearum exercitus a pugna cum Midianitis habita, duce Pinchus Sacerdote, insigni cum præda reverteretur, Mose, Eleazar, & omnes Principes reducibus hisce victoribus obviam extra castra procedebant, Num. XXXI, 13. Simili ratione chori virginum Jephtha ab Ammonitis, itemque chori milierum Sauli a Philisteis victor revertenti cum tripudiis & epiniis obviam ibant Judic. XI, 34. & I. Sam. XVIII, 6. de qua re ciis obviam ibant Judic. XI, 34. & I. Sam. XVIII, 6. de qua re supra jam Sect. I. f. 19. diximus. Quo spectat etiam exemplum Melchisedeci & Regis Sodom, qui Abrahamo a cæde finitimorum Regum reverso in locum, cui forte ab isto congreffu postea Campo Regio nomen mansit, gratulabundi & contestandæ benevolentie ergo occurrunt. Gen. XIV, 17. 18. Ex quo loco simul discimus, moris apud Veteres fuisse epulas exercitui gratulandæ victoriæ ergo parare; Quemadmodum Hugo de S. Victore apud Pererium in Genes. c. 14. hoc regium Melchise deci factum simplicissime & optime interpretatur : apud priscos oblationem panis & vini venientibus ex bello Pacis & benevolentia Symbolum fuisse Vestigia hujus ritus habet Deut. XXIII, 3. Judic. VIII, 5. 15. Nam quod

quod Pontifici hie de sacrificio suo Missatiko nugantur, ritum  
sane movet, tediumque legenti creat vid. Ursinus Anal. S. Vol.  
I. L. 6. c. 21. it. Quinquag. Festal. c. 21. p. 112. adde Pfeifferum  
in Dub. Vex. Cent. I. Loc. 38. Qv. 2: Dannhauerum Vol. Dispp.  
P. l. p. 22. sqq. aliosque.

## §. V.

Neque Victoribus solum hochonoris genus obtingebat,  
ut obviam iisdem irerunt solenniterque exciperentur; ab quo-  
que testandi favoris ac benevoli erga illos animi causa simili ho-  
nore maestabantur. Sic enim Principibus aliquis supra com-  
munem hominum sortem evectis Viris peregre aliquo adven-  
tantibus procedere obviam, splendidoque eos comitatu dedu-  
cere solebant. Insignia hanc in rem exempla haud pauca emo-  
numentis allegari possent profanis, nisi nos jam sacra unum al-  
terumve ejus generis offerentia detinerent. Sic putarem non  
in commode hoc referri posse factum Esavi, qui Jacobum fra-  
trem post viginti annorum absentiam redire salvum multisque  
auctum opibus percipiens, eidem non sine insigni ostentatione  
opum & regno non impatis potentiae occurrit, eumque excipit.  
Gen. XXXII, 6. & XXXIII, 1. Sic Josephus patri suo Jacobo in  
Ægyptum descendantem obviam ibat, non sine comitatu certe, si  
ejus, Pro Regis quippe Ægypti, conditionem perpendamus.  
Gen. XLVI, 29. Sic Balak, Rex Moabitarum, Bileamo obviam  
proficicebatur, eumque in finibus regni sui honorifice excipi-  
bat. Num. XXII, 36. Tali honore David afficiebatur, cum post  
mortem Absalonis a fuga Hierosolymam ad recuperandum re-  
gnum reverteretur, Namque tribus Judæ Gilgalem usque  
ad excipiendum eum solenniterque deducendum obviam pro-  
cedebat. 2. Sam. XIX, 16. Simili ratione Joramus, Rex Israel,  
& Achazia, Rex Judæ Jehu Jizrehelem tendenti obviam pro-  
cebant 2. Reg. IX, 21. Tempore Maccabæorum exemplum  
hujus rei præbet Antiochus Epiphanes, de quo commemo-  
ratur, quod Hierosolymam quum tenderet, ab Jasone summo  
tunc temporis Sacerdote, totoque populo magnifice exceptus  
cum  
houp

cum facibus ac magna pompa, triumphantis ad instar, introduc-  
tus fuerit. 2. Macc. IV, 22. Quemadmodum etiam in Histo-  
ria Judithae c. III, 8. legitur, quod Holoferni omnium quascun-  
que modo adierit urbium principes unacum populo universo  
obviam processerint, eumque solennissime, utpote coronati, fa-  
cibus praeluentibus, musicorum instrumentorum concentu, a-  
liisque honoris ac laetitiae signis haud vulgaribus, excepserint.  
Quæ historia, licet nunquam vere contigerit, sed omnes qui-  
quid ibi narratur, dramatis instar cujusdam sacri haberi debe-  
at, tamen de rito isto olim adhiberi in præstantium virorum ad-  
ventu solito quod nos aliquo modo instruere, adeoque tutò hic  
allegari queat, omnino persua sum habeo. Quo etiam spectat  
notissima historia Jaddi, summi Pontificis, qui Alexandro M. Hi-  
erosolymam contendenti cum choro reliquorum Sacerdotum  
populoque Hierosolymitano universo occurrens magnifice  
hunc Monarcham exceptit. Quum enim Alexander Tyro ex-  
pugnata infenso multis de causis animo Hierosolymis cum exer-  
citu appropinquaret, maximum populo hujus urbis metum in-  
cussaret. Jaddus vero Pontifex ad preces conversus iisdem fa-  
tis diu quim invigilasset, in somnum tandem incidit, Deumq;  
videt dormienti sibi dicentem, ne formidaret, sed Alexandro  
Pontificio amictus ornatu sese offerret. Cui somnio Jaddus  
credens postero die consilium divinum exequitur, ornatus ipse  
cum reliquis Sacerdotibus stolatis, sub sequente populo albatis  
vestibus festivum in morem exornato, procedit, urbe coronata,  
apertis portis, venientem Alexandrum excepturus. Quo spe-  
ctaculo animo Alexander mutatus confestim ex equo descen-  
dit, DEi nomen, quod in tiara capitis aureæ laminæ insculptum  
preferebat Jaddus, demisse adorat, Sacerdotem, stupentibus  
Syriæ Regibus & cum exercitu omnibus Ducibus, amice salutat,  
petitaque omnia clementer concessit. Narrat hanc rem Jo-  
sephus Antiq. Jud. L. XI. c. 8. Spectat quoque huc memorabilis  
Saluatoris nostri Hierosolymam ad suam passionem ingredien-  
tis exceptio Jo. XII, 12. 13. & Matth. XXI, 8, 9. cum cura descri-

pta, nobisque supra Secl. I. §. 17. commemorata. Sic DEum, ad hunc morem quasi alluderet, Iraelim jubere sibi occurrere Amos IV, 12. quanquam non latabundum, sed supplicem, & humili cum deprecatione agnoscentem iterum, quem dudum sp̄reverint, Dominum, non inepte conjicit Ursinus Anal. S. Vol. I. L. 6. c. 21. Ceterum ex his allatis adhuc observamus, tales summorum Virorum exceptiones admodum splendidè fuisse perfectas, quippe quum faces prælatas, fidum tympanorumque concentum, urbes portasque fertis redimitas, populum festive amictum itidemque coronatum, flores frondesque, quin ipsa vestimenta, in viam, qua iretur, sparsa, & alia hujus generis deprehendamus. Quam frondium vestimentorumque in viam profectionem in primis in Salvatoris ingressu Hierosolymitano observamus; Quanquam Doctiss. Jo. Lightfoot in Hor. Talm. ad Matth. I. c. afferat, populum non sparsisse vestes & ramos in ipsa semita, alias equitatem impediivissent, sed ad morem festi tabernaculorum juxta viam tentoriola ex vestibus & ramis confixisse. Non tamen video quid obsteret, quo minus vestes revera in terra ipsa substratas fuisse afferamus. Talem enim ritum Hebreis non fuisse incognitum & infvetum, exemplum Iehu in Regem Israelitarum uncti 2. Reg. IX, 13. sati evidenter arguit. Erat quippe haec vestimentorum substratio summa erga Reges ac Imperatores reverentia debitaque subjectionis signum consuetum, adeoque turba Hierosolymitana Christum Regem ac Dominum suum agnoscens tali eum quoque honore & reverentia regia dignum judicabat. Qua de re eleganter capit Sebulius IV. 302.

Plebs omnis adorans

In solido molles subiecte vestes.

Dicite gentiles populi, cui gloria Regi.

Talis in orbe fuit cui palmis compta, vel unquam inno supplex.

Frondibus arboreis, laudes calestibus hymnis.

Obvia turba dedit; Domino nisi cum Patre Christo,

Qui regit aetherium princeps in principi regnum.

conf.

Conf. Juvencus H. E. III. 637. & Theodulfus Aurel. Carm. II.  
3. 311. Plura de hoc ritu qui desiderat, adeat Gl. Jo. Nicolai  
Disquis. de Substitutione Vestium. De florum sparsione vero  
innumeris loca apud Autores classicos, Ovidium, Horatium, Sta-  
tium, Herodianum, Florum, Svetonium aliosque extant Vid.  
Freinsheimius ad Flor. II. 7. Barthius Advers. XXXIV, 9. Andr.  
Rivinus ad Pervig. Veneris v. 42, 48. & 50. J. H. Ursinus in Ar-  
bor. Bibl. Sect. I. c. 2. p. 50. sqq. & laudatus Nicolai in pecul. Tr.  
de Quæst. Gor. 14, alios ut raceam.

Hac occasione succurrunt Legationes, quæ uti alias extin-  
cum comitatu splendore que haud vulgari solent peragi ; ita os-  
lim apud Hebræos quoque non absqve omni plane pompa ac ap-  
paratu administratæ videntur. Varias ejuscemodi legationes  
in sacris deprehendimus variis de causis suscep-  
tas. Quædam enim expetendæ cujusdam rei causa fuere instituta ; Quo nisi  
fallor pertinent legati, quos Moses ad Regem Edomitorum, item  
que ad Regem Emoriorum Sihon, ut Israelitis transitum per ter-  
ras suas concederent, mittebat Num. XX, 14. XXI, 21. confi-  
Judic. XI, 16. sqq. Sic Balak, Rex Moabitarum unacum Midia-  
nitum Bileamum Pseudoprophetam solenni plane legatione ad  
se invitabat, ut Israelitis maldeciceret. Num. XXII, 5. 7. 15. Ta-  
li legatione quoque Jephtha a Gileaditis ab exilio revocatur ac  
Dux belli contra Ammonitas constituitur. Judic. XI, 15. sqq. Sic  
Salomo ad Hiramum, Regem Tyriorum, mittit legatos ac fibi  
materiam struendo magnifico Templo ex monte Libano con-  
cedi peti; 1 Reg. V, 2. sqq. Sic Naaman Syrus a Rege suo eximio  
cum comitatu ad Regem Israelis mittebatur, ut a lepra purga-  
retur, 2 Reg. V. Quædam legationes rei cujusdam inquirendæ  
causa fuere suscep-  
tas ; Quo spectat legatio Israelitarum ad Ru-  
benitas, Gadidas, & dimidiæ Manassæorum tribum, postquam  
ii domum revertentes ad Jordanis fluente Altare, Religionis  
& Fidei communis symbolum, extruxissent. Jos. XXII. Spectare  
huc videtur solennis Judæorum legatio ad Johannem Baptistam,

de qua Jo. I, 19. Λύρη ἐπὶ τῷ μαζευτικῷ τῷ Ιωάννῳ, ὅτε ἀπέστειλεν  
οὐλέας τὸν οἰκουμενικὸν λευκόν, θαύματον αὐτοῦ Σο-  
ρίς. ; Neque incommode hoc referas factum Reginæ Sabææ,  
qua fama de stupenda Salomonis sapientia non credens ipsa le-  
gationis quasi partes obiens amplissimo cum comitatu Hierosolym-  
iam venit, ac Salomonem coram affatur, sapientiamque ejus  
variis propositis ænigmatibus expiscatur. ; Reg. X. Quin imo re-  
feras hue Magos ex Oriente Hierosolymam venientes, ac ubi  
recens natus Rex Judæorum esset? quærentes, Matth. II.  
Quædam legationes consulendi causa fuere suscepτæ; Quo per-  
tinet legatio Hiskiae ad Prophetam Esaiam, quum urbs Hiero-  
solyma ab Assyriis ob sideretur. Mittebat quippe Rex ille Eliaki-  
num, palatio Præfœdūm, Sebnam Scribam, & Seniores Sa-  
cerdotum lacco induitos, ad Prophetam, ut eum in hoc tristi-  
rerum statu consulenter, divinumque responsum expete-  
rent, ; Reg. XIX, 2. El. XXXVII, 2. conf. similem legatio-  
nem Josiæ ad Huldam Prophetissam. ; Reg. XXII, 12. lqq.itemque  
Ahazia Regis Israelitarum, Baal. Sebub de eventu morbi sui  
consulentis, ; Reg. I, 2. lqq. nec non Benhadadi, Regis Syriae,  
Etiam eadem de re consulentis, ; Reg. VIII, 8, 9. Quædam le-  
gationes pacis bellique quin & foederis sanciendi causa fuere sus-  
cepτæ; qualis erat legatio Israelitarum ad Regem Moabitum  
per Ehudem muneribus eum placare studentum Judic. III, 15.  
lqq legatio Israelitarum ad Regem Ammonitarum a consiliis bel-  
li eum avertere studentis, Judic. XI, 12, 14. Aſæ, Regis Judæ,  
ad Benhadadum Syriæ Regem, fœdus cum eo firmantis magnis-  
que muneribus eum in Israelitarum Regem Baſam incitantis.  
; Reg. XV, 17 lqq. Joram, Regis Israelitarum, ad Josaphatum Re-  
gem Judæ, ut in societatem belli contra Moabitum Re-  
gem fulciriendi veniret. ; Reg. III, 7, lqq. Achazi, Regis Judæ,  
ad Tiglath-Pileserem, Regem Assyriorum, opem ejus ingente-  
data mercede adverſus Reges Samariæ & Syriae implorantis, ;  
Reg. XVI, 7. Cujusmodi legationis opis implorandæ causa fu-  
re suscepτæ.

ceptæ Elaias quoque c. XXX, 1. sqq. meminit, itemque Ezechiel c. XVII, 15. Quo pertinent etiam Legati Regis Edomæorum, Moabitarum, Ammonitarum, Tyriorum & Sidoniorum, qui missi erant ad Zedekiam, Regem Judæ, sine dubio ut eum in defectione a Nebucadnezare facta confirmarent, & foedus cum eo pangerent, Jer. XXVII, 1. sqq. Quidam legationes gratulandi ergo fuere suscepτæ; qualis est legatio Hirami, Regis Tyriorum, ad Salomonem, ei de accepto imperio gratulantis, 1 Reg. V, 15. itemque legatio a Merodachō Baladane Rege Babylonie, ad Hiskiām gratulandæ valetudinis recuperatæ amicitiaque firmandæ causa missa, 2 Reg. XX, 12. Et XXXIX, 1. Quidam legationes condolendi & consolandi ergo fuere suscepτæ; quemadmodum David ad Chanonem, Regem Ammonitarum, mittebat legatos, qui eum ob mortem Patris sui solarentur, 2 Sam. X, 1. Alias legationes ut jam taceamus.

## §. VII.

Quanta solennitate pompaque Regum coronatio atque inaugratio soleat peragi, omnibus, si fallor, est perspectissimum. Hujus rei vero in populo Dei, apud quem jam Processiones ejus varias sp̄ ecclantes hæremus, insigne præbet exemplum sapientissimus patiter ac felicissimus Rex Salomo. Hic enim dissipatis Adoniz fratri regnum Israeliticum ambientis molitionibus a Davide successor regni publice declaratus quum esset, solennissime quoque ad illud inaugurbatur. Eum ob finem jussū Davidis mulæ impositus regiæ comitantibus Zadoko Sacerdote, Nathan Propheta, Benaja, summo militiae Praefecto, insuperque Crethi & Plethi stipantibus, Gichonem solenni modo deducitur. Ibi regali per Zadokum unguento quum esset illitus, ac Rex appellatus, Hierosolymam rursus magnifico cum comitatu inter tubarum tibiarumque strepitus ac populi votivas acclamaciones jubilaque undique resonantia reducitur, sicque inaugratio haec insigni cum pompa latitiaeque ac spendore perquam eximio perficitur, prout pluribus ea 1 Reg. I. exposita est. Antea quid etiam illi, qui cum Adonia regnum affectante, fecere, sus-

ceperint, non possum pro certo affirmare, quum nihil hæc de re  
l. c. clare sit expressum. Quod tamen is alias more magnatum  
(conf. 1 Sam. VIII, 11. 2 Sam. XV, 1. sqq. 1 Reg. XIV, 27. 28. 2 Reg.  
IX, 25.) magno cum comitatu in publicum processerit, v. s. no-  
bis persuaderet. Unde colligere possemus, tunc quoque,  
quum regno se iniciari constitueret, non sine omni pompa id esse  
peractum.

Supersunt adhuc ex Processionibus, quas latae censemus,  
Processiones in Nuptiis adhiberi solitæ, quando omnium fere  
gentium consuetudine sponsa publico ac solenni comitatu in mariti  
domum deducebatur, aut alias quoque vel sponsus sponsa, vel vice versa  
sponsa sposo solenni processione ibat obviam. Apud Hebreos quo-  
que ritum hunc obtinuisse, vel solus Psalmus XLV. eximium Messie  
sponsi Epithalamium, satis aperte loquitur. Sic enim v. 15. de sponsa in  
splendido ornata ad Regem adducenda:

לְקֹמָתָךְ תָּכַל לִמְרֵךְ

In vestibus ac-  
pictis adducetur Regi, virginis post eam proxime ejus adducentur tibi.  
Pomposa hic immittitur sponsa splendidissime adductio ad suum sponsum;  
inquit B. Geierus ad h. l. p. 913. Quid v. sint בְּתֻלָּה. אֲחִירָה.  
Interpp. non convenient. Vatablus reddit: Pedisseque,  
que dieuntur esse post eam, id est, eam sequentes. Hieronymus: ancille  
ejus adducentur illue. Paraphrastes exponit non de Virginum comi-  
tatu, sed de oblationibus, quias offerant plurimi in vestibus ac pictis  
coram Rege orbis. Tuscius exponit pastricet ejus; con-  
tendens intelligi de Virginibus pastriebus comitantibus sponsam, que-  
sint ovium ejus magistræ, ac propterea amicæ, sodales, cognatæ &c.  
Campensis easdem putat Virgines, & proximas, nimitem Virgines,  
que cognatae essent reginae sponsæ. Describuntur ergo hoc epithalamio,  
iaquitz B. Geierus, quæ sponsam comitantur virgines quod non int-  
cognitæ illi sint, sed longiore quasi conversatione in ejus transierint famili-  
aritatem. Conf. Judic. XI, 27. 38. Quod animales Judæi hic de  
concubinarum gregibus communiscentur, iubentes prætermittimus.  
Optime, mi filior, B. Lutherus noster verteret: Magni fühtet sie (die  
Braut)

Braut) in gestückten Kleidern zum Könige, und ihre Gespielen, die Jungfrauen, die ihr nachgehen, führet man zu dir. Nempe ut Iponio erant **סָדָלִים** sodales. Judic. XIV, 11. *οἱ γυναικεῖοι τοῦ νυμφῶν*, ut Matth. IX, 17. *Ωλαῖς τοῦ νυμφᾶς* ut Jo. III, 29. vocantur, qui erat debantur; ita sponsa quoque adiungebantur. **בְּתוֹרַת רַעֲשֵׁת** amice, proxima, **παρθένοι** Matth. XXV. Nos Braut-Führer, Braut-Diener, Braut-Jungfern, vocate solemus. Atque hi comites & sodales e sponsis & sponsa proximis atque agnatis neplurimum, vel certe ex amicis intimioribus, eligebantur, officiumque eorum erat, circa neonymphos esse, eos comitari, ad publicam εὐλογίαν domumque nuptialem & maritalem deducere. Hinc Grotius ad Matth. XXV. (qui locus venuste quoque hanc nuptialem processionem delineat) de **δέσποτας παρθένοις** quae cum lampadibus exierunt εἰς ἀπάντησιν τῆς νυμφᾶς, ait: *Hoc sunt בְּתוֹרַת רַעֲשֵׁת* in Ps. 45, 14, pergitque: *Notandum est, inter laudatos mores, quos a Patribus Iudei acceperunt, etiam hunc fuisse, ut matrimonium non privatim, sed in priorum conventu celebrarent, μετ' εὐλογίας, cuius formula extant in ipsorum ritualibus, quod ut multa alia Iudeorum instituta imitati sunt Christiani veteres.* Deinde ad ductis quibusdam ex Ignatio, Tertulliano, & Evaristo, testimoniosis, si tum ipsum neonymphos deducendi apud Hebreos tradit, quando pergit: *Ante hanc εὐλογίαν deducebatur sponsus a viris grandibus, sponsa a matronis.* Redentibus ἀπὸ τῆς εὐλογίας obviam procedebant iuvenes & puella, *οἱ γυναικεῖοι τοῦ νυμφῶν*. Quanquam hoc loco Salvatorem non tam ad illam processionem, *qua πρὸς εὐλογίαν neonymphi deducebantur*, quam potius ad alteram, *qua cum lampadibus, tædis nuptialibus sub vesperis sponsis tradebantur sponsæ, pueris puellisque eas comitantibus, digitum intendisse existimem.* Vid. Lorinus Comment. ad Ps. XLV. Fiebat vero haec sponsa deducio, (*die Heimhohlung oder Heimführung der Braut, ut nos vocamus*) non sine summa latitia, quin nec absque omni planis musica, ut Hieropsaltes l. c. non obscurè innuit, quando pergit: **הַלְלוּ נָאָה וְגַדְלָה תְּבִנָּה בְּחִכָּה מֶלֶךְ**: *Ducentur in letitia & exultatione, ducentur in palatum Regis.* Exemplum hujus rei extat in historia Maccabæorum L. i. c. 9. vers. 39. ubi sponsus exiuit & amici ejus & frares ejus in occursum sponsæ & comitum ejus cum magna pompa, cum tympanis & Musicis & armis militis. Sic hodie-

que sponsus apud Judæos a viris & juvenibus, sponsa a matronis & puellis cum instrumentis musicis ad locum benedictionis deducitur. Ritus eorum nuptiales hereditate a majoribus suis acceptos studiose collegit & exposuit Celeb. Buxtorffius in Synag. Jud. c. 39. ex quo ad nostrum negotium facientia breviter exciperemus. Sponsum, inquit, pridie nuptiarum aqua frigida lavari, totamque in aquam immergi oportet. A mulieribus cum tinnitu & strepitu ad balneum ducitur. & rursus educitur, ut singuli audiant & cognoscant, illam sponsam esse; a quibusdam coram illa saltatur & tripudiat; verum id a piis mulieribus improbatur. Ubi dies ille advenit, quo solenni benedictione matrimonium confirmandum est, sponsus vestes suas Sabathinas, sponsa vestes nuptiales induit, & more Judaico quam potest magnificenter ornatur: a mulieribus quoque & virginitibus in perculare cubiculum non velato capite, passis capitilis deducitur, festiva capitilenæ nuptiales coram illa canuntur, illam in pulchro sedili collacant, crinem illi pectunt, capillosque in elegantes cirros & cincinnos distibuant, magnificam vittam imponunt, velum oculis obtundunt. &c. Quum solenni benedictione conjugandi sunt, quatuor pueri conopæum quatuor perticis alligatum illuc deferunt, ubi matrimonii confirmatio celebrari debet, in plateam seil. vel hortum sub dio; Sponsus cum aliquot viris sequitur, deinde sponsa cum mulieribus, cum testudinibus, aliisq; musicis instrumentis, & sub illud conopæum נְדָחָה, שׁבַּעַת, id est, Tegmen illis dictum) se conferunt, singulis acclamantibus benedictus qui venit; sponsa v. ter sponso circumducitur (ut gallus gallinaceus gallinam circuit) juxta id quod dicitur: *Femina circumdabit virum.* Tunc sponsus sponsam acceptam semel quoque circumducit, populus autem in illos frumentum conjicit & omnes concilant *פֶּרֶוּ וְרַבָּו*, *Fructificate & multiplicamini*. Proximo post nuptias Sabathio sponsus in scholam mane se confert, comitantibus eum hospitibus nuptialibus, idem facit & sponsa, quam feminæ quedam comitantur. Cum lectio legis peragitur, sponsus ad legendum evocatur, quielemosynas se daturum promittit. Lectione ac oratione finita, illos domum iterum deducunt & sibi invicem vale dicunt. Vid. C. Calvör in Rit. Eccl. P. I. L. I. Sect. I. c. 19. p. 45. sq. Quod in specie ritum deducendi sponsam in domum sponsi attinet, pluribus illum exponit Alph. Salmeron T. I. Proleg. XI. Quinquag. 3. Can. 47. f. 221. & T. VII. Tract. 38. f. 151.

## §. IX.

Verum tempus jam monet, ut relictis Processionibus latit spectatum quoque eamus Processiones tristes, nam & hujus generis unam alteram apud Hebreos offendimus. Pertinere v. huc videtur fuga illa memorabilis Davidis ex Hierosolyma pre Abrahame, filio rebelli. Nam quum is impia aduersus patrem, regno eum depellere cupiens, fustulisset arma, idque Davidi huntiatum esset, sine mora cum tota familia regiam sedem Hierosolymam relinquens pedibus ex ea exedit. Ministris ejus & Amicis, satellitibus Crethi & Plethi, insuperque sexcentis Gethaeis, ipsum comitantibus. Adiacec Zadok, Sacerdos summus, Filii ejus, omnesque Levitae Arcam secum gerentes, Davidem sequuntur. Illis tamen in urbem cum Arca reverti jussis David cum suis torrentem Kidron, montenique olivarum transgressus, indeque desertum versus petens, fugam statim prosequitur. Omnes vero, David pariter ac qui cum eo erant, innumeras profundentes lachrymas capitibusque in summi mecoris signum obvolutis procedebant, prout fuisse haec omnia 2. Sam. XV. XVI & XVII. exponuntur. Pertinent quoque huc octoginta illi viri, qui post occupatam ac devastatam Hierosolymam e Siohem, Silo & Samaria veniebant rasis barbis, scissis vestibus, incisisque corporibus, gerentes in manibus suis Mincham & thus ut afferrent ad domum Domini. Jer. XL, 5.

## §. X.

Omnium vero tristissimae illae haud dubie sunt Processiones, quas mors, eaque vel naturalis & honesta, vel non naturalis & violenta, jubet suscipere. De utroque genere pauca afferemus, incipiemus tamen a posteriori. Namque capitali supplicio afficiendi si qui essent, adeoque morte violenta propter antegressa scelera occumbere necesse haberent, solenni apud Hebreos quoque processione ad supplicii locum deducebantur. Vestigia hujus rei animadvertisimus iam in Thamar, nuru Iudee, que propter fornicationem ut combureretur educitur, Gen. XXXVIII, 25. Sic illius Israelitidis & viri Aegyptii filius inter rixas cum viro quodam Israelitico habitas sanctissimum D E I non men blasphemans solenniter jussu D E I extra castra deducitur, ibique lapidatur, Levit. XXIV, 14. Simili ratione Israelitae quendam ligna Sabbathio colligentem jubente Deo extra castra ducunt, ac lapidisbus obrunt, Num. XV, 36. Huc quoque, misfallor, pertinet, quod

invento mortuo , cuius intersector non constabat , Seniores ac Judices illius urbis , in cuius confinio mortuus ille inveniebatur , vitulam juvenculam ad vallem asperam deducere , ibique certis peractis ceremoniis eam occidere , tenerentur , quo ita delictum hoc expiatetur ; esseque quasi vitula loco occisoris eadem morte , si constaret , afficiendi . Deut . XXI , 1 . sq . Sic Achan de opibus urbis Jericho anathematis percussis aliquid surripiens , hujusque sacrilegii convictus , cum universa familia in vallem Achor deducitur , ibi cum omnibus suis liberis lapidibus obruitur , corumque cadavera cum rebus suis igni traduntur ac cineres in gentil lapidum strue obteguntur , Jos . VII , 24 conf . Isingius Exercit . in Pentat . & Jos . Disp . 17 . Qu . 26 . Sic innocentissimus Naboth dolo pessime Jesabelis ad mortem falsis subornatis testibus condemnatus extra urbem Samariam ducitur & lapidatur , 1 Reg . XXI , 1 . Eodem modo Stephanum Protomartyrem itidem per μάρτυρας φύλαξ morti adjudicatum impii Judæi εἰνθαλόντες ζωή τῆς πόλεως ἐλαθούσας λανθασμένον , Act . VI , 13 . VII , 59 . Et penes omiseramus illustre Salvatoris nostri exemplum , qui etiam more recepto ad locum crucifixionis suæ ρόπηה גָּבוֹן קְשָׁה sic agnus ad occisionem solenniter deductus est . Quam deductionem , ut reliquias etiam passio- nis ejus circumstantias , omnes Evangelistæ , Matth . xxvii , 31 . Marc . xv , 20 . Luc . xxii , 26 . Jo . xix , 16 . diligenter annotarunt . Audi- amus in primis Lucam , qui ita has de re : Καὶ ὡς αἱ γῆγαγον αὐτὸν ( nempe εἰς τὸ σανεδρῖον , ut Matthæus , vñ , ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σα- γώσωσιν αὐτὸν , ut Marcus effert ) ἐπὶ λαθόμενοι Σιμωνός τὸν Θεοῦ Κυ- ονίαν τὸ βέρχοντα απὸ γῆς , ἐπὶ Επηναν αὐτῷ τὸν σανεδρῖον Φέρεν ὀ- πισθεῖ τὸ Ιντρό . Ήκολόθεν δὲ αὐτῷ πολὺ πλεύσατο τὸ λαός , καὶ γυναι- κῶν , αἱ κοπῆστον καὶ έθερναν αὐτὸν -- Ηγούνο δὲ οὐ ἔτεροι δύο κα- κογενοὶ σὺν αὐτῷ αναγεννήναν . Καὶ ὅτε πεπλήθη ἐστὶ τὸν τόπον , τὸν καλεομένον Κερανίον , εκεῖ σανεδρωσαν αὐτὸν , &c . Locus itaque sup- plicii , ad quem capite plectendi processione hujuscemodi solemni deducebatur , erat extra urbem , ut allata haec tenus exempla sufficienter demonstrant , conf . Deut . xvi , 5 . Alludit eto Apostolus , quando , crucifixionem Christi in primis præ oculis habens , suosque Hebreos , ut cultum Iudaicum ceremonialē & umbraticum jam abijant , ne que ἀνεδισμονα Judæis legum patriarcharum zelotis expectandum eurent , ad- monens ait : Διὸ καὶ Ιησοῦς , ἵνα αἱ γῆστρια ταῦτα διμητρίου τὸν λαόν , ζωὴ τῆς πόλεως ( vel ut alia habet lectio , εξα τῆς πόλεως ; ἐπαθετὸν )

εἴησεν

Ιεράχίαν θατός αὐτὸν ἔξιον τῆς παρεμβολῆς, τὸν διεδικτύον αὐτῷ Φέ-  
γοντις. ὡραῖον ἔχουν ὁδεις μέσων πόλεων, &c. Hebr. XIII, 12. 13. Con-  
fer verba hæc elegantissime plane explicantem Magnis. Dn. D. Gottfr.  
Olearium nostrum, Præceptori ac Patronum cum cura mihi suscipi-  
endum, in Anal. Logic. Epist. ad Hebr. §. 17. Ducebantur damnati ad  
illum locum a duobus executoribus, quos Rabbini vocant תְּבִנָה /  
Spełtatores congregationis; quod nomen paraphrasis esse videtur illius,  
quem Marcus VI, 27. nominat στρεψηλάτωρες. Præcedebat vero reum  
ad supplicium trahendum טְרַחֲנָה seu טְרַחֲנָה præco publicus, cla-  
mans: *Hic vadit ad supplicium, quo subit hanc mortem, quia commisit  
hoc flagitium, hoc tempore, hac loco, &c. N. N. sunt huius rei testes: pro-  
pterea si quis quid sit, quod huic prædecessit posse, veniat & in medium pro-  
ferat.* Vid. Th. Goodyvinus Mos. & Aar. L. V. c. 6. §. 6. & 7. Imme-  
diata Rētūm mea quidem opinione sequabantur, vel Judices, vel Testes,  
qui manus suas ante executionem capit' ejus imponebant, & primum,  
si quidem lapidandus esset, lapidem in eum conjiciebant. vid. Levit.  
xxiv, 13. Deut. xxi, 9. xvi, 7. Jo. v. 14. 7. Act. vi, 5. 9. 60.  
Hos Judices & Testes deinde totus excipiebat populus, vel etiam co-  
hors aliqua sive militum, sive servorum publicorum. Obiter vero ad-  
huc, antequam discedamus hinc, observamus, eos quoque, qui Ju-  
dicibus, ad propositas questiones responsuri, vel examinandi, essent  
sistendi in locum judicij quoddam cum comitatu esse deductos. Pa-  
ret sane hoc ex Historia crucifixionis Christi, qui primum a Judæis Pi-  
lato tanquam reus offetur, & deinde modo ab Herodio, mo-  
do ab Herode ad Pilatum, ejus cognoscenda cause ergo deducitur.  
Luc. xxvii. Clarius vero id elucescit ex exemplo Apostolorum, qui  
e Templo ad Synedrium eorum causa congregatum tali cum comitatu  
deducebantur. Namque ἀπελθῶν ὁ σεραπιοῦς σὺν τοῖς εἰπεῖσι τοῖς,  
ηγάγεις αὐτὸς & μετὰ βίαιος. Εφοβήθησε γοργὸν λαὸν, ἵνα μὴ οὐδὲν  
στον. Αγάγεις δὲ αὐτὸς ἐποιεῖ εἰναῦ συνεδρίῳ. Καὶ επηγειρθεὶς αὐ-  
τὸς ἀρχιερεὺς &c. Act. V, 26. 27. Nec si an hoc quoque referendum sic  
exemplum Eliæ, qui itidem a tali σεραπιῷ & quinquaginta militibus  
ad Achaziam Regem Israelitum deducebatur, Reg. I, 9. seq.

## §. XI.

Restat, ut de altero Processionis genere, quod mors naturalis  
& honesta poscere solet, ut scil. defunctus publica pompa ad  
μάνον suum efficeratur, paucis agamus. Talem Νενζοφορίαν (nostris  
Leich-

Leich Begängniß, Leich Procession) apud omnes ferè moratores populos, atque sic etiam apud Hebreos, animadvertisimus. Antiquissima quam legimus processio deductio funebris procul dubio est ea quæ Jacobo Patriarcha est praestita; nisi forte talis processio etiam in sepultura Abrahæ. Gen: XXV. 8. 9. Itemque Isaci. Gen: XXXV. 29. Quin & Iosephus. Gen: XXV. 18. fuerit adhibita. Res tamen clarissima est in sepultura Jacobi, qui insigni certè cum comitatu ex Ægypto in terram Canaan ad sepulchrum hæreditarium deductus est. Comitantur quippe funus hoc Patriarchale, Duce filio Iosepho, omnes servi Regis Pharaonis, Seniores Domus ejus, Seniores totius Ægypti, tota Iosephi familia, Fratres Iosephi, itemque Jacobi demortui familia, adhæc currus & equites bene multi, ut totus hic comitatus כבוד מארך המחנה exercitus valde magnus fuisse dicatur. Gen: L. 7. 8. Sic Simsonem in terra Philistæorum mortuo descendunt. Fratres ejus totaque patris ejus familia, eumque in terram Judæ ad sepulchrum patris Manohæ deducunt. Judic: XVI. 31. conf: 2 Reg. IX. 28. ubi funus Achaziae, Regis Judæ à Megiddo Hierosolymam ad regium sepulchrum deducitur; itemque 2 Reg. XXIII. 30. ubi simili ratione funus Josiæ à Megiddo Hierosolymam ad sepulchrum deducitur. Tali comitatu funus Abneri, ipso Davide Rege post fererum eunte, deducitur, 2 Sam: III. 31. sqq. Talem deductionem funebrem videmus in Juvene Nainitico, qui ἵξενομίῃ ταθηκάς, νιός μονογάνης τῇ υπτροὶ ἀστέψ· καὶ ἀντη χήρα· Καὶ ὄχλος τῆς πόλεως οἰαγός ἢ σὺν αὐτῇ. Luc. VII. 12. Amplum itaque funera Hebreorum habuisse comitatum, ex hac tenus dictis patet; Quod etiam pertinet ὄχλος θρησκευσεων in ædibus Jairis, funus filiæ ejus sine dubio prosecuturus, Matth: IX. 23. Qui tamen comitatus pro condizione mortui estimandus est, ut Maimonides indicat quando, *Quisquis*, inquit, effertur in lecto טבוריין רבית ערין, multi juxta illum coherellant sua presentia: qui vero non effertur in lecto, apud eum comparant nulli. Et quisquis ניבר לריבת כהעסן בז occupantur etiam circa ipsum: quisquis vero multis non intuit, ejus etiam causa multi haud tenentur occupari. Uter sexus v. præcesserit, idem Maimonides disquirit: *Est locus*, ait, *ubi mulieres solent precedere fererum*, ibi precedant sane, quia illa mortem introibezerni in mundum: *et alii*, ubi sequi solent, ibi sequantur; *ob honorem filiaq*

filiarum Israël, & ne quis forte masculus illarum aspectu incendatur, ut explicat Talm: Hieros: Ex eodem quoque liquet, lugentem filium nudipedem nudoque brachio ac scapula incedere **תְּמִלָּה נַפְלָה** ante non post feretrum. B. Geierus in Doctiss: Tr: de Luctu Hebr. c. 5. §. 23. ex historia Juvenis Nainitici colligit, apud Hebraeos post feretrum immediate non incessisse semper viros, ut apud nos fieri convevit, sed matrem proxime secutam esse, quippe quam alias e modo non alloqui, aut cui filium resuscitatum tradere e vestigio non potuisset Salvator. Vid. C. Calvör. in Rit. Ecol. LIII. Sect. 2. c. 27. §. 3. Immediate tamen etiam vitos post feretrum incessisse apparet ex funere Abneri. Et quidem, ut rursus Juvenis Nainiticus indicat, sequentur feretrum parentes, liberi, propinquai, affines & alii amici intimiores, habitu lugentium, & leisis quandoque vestibus, ut ex funere Abneri videre est. Disputant præterea Rabbini, quot personæ juxta se ire debeant, & definiunt rem ita, ut in qualibet serie non pauciores decem personis incedere debere existimarent. In humeris autem ut plurimum funera, etiam longissimam sœpe viam, exportabantur, uti Juvenem Nainiticum **בְּאֵשׁ כָּבֵשׁ** indicant. Sic Herodem extulerunt per ducenta stadia, itinere sesquitriduano, usque ad castellum a se denominatum, lecto purpureo & gemmeo, quingentis thura ferentibus, comitibus etiam multis Germanis militibus & Gallis, Rem totam Josephus & Josippus ita referunt: *Fusserat Herodes ante obitum sepelire se in Herodion, a Hierosolymis itinere duorum dierum & semidis distante. Collocarunt igitur eum in lecto deaurato & lapidibus pretiosis referto, capiti peplum imponentes, it idem gemmis repletum, super quo corona erat regia & manu tenebat sceptrum. Circumdabant eum fortissimi quique, loricatos induiti, strictos v. gladios manibus gerentes, & in capitibus galeas, ut in bellis solebant. Archelaus filius ad hares regni post illos medius incedebat, reliquus autem populus omnis pone sequebatur. Quinquaginta ministri ad latum feretri gestabant totidem aurea thuribula, lignum odori ferum adolescentes maxima copia & myrram purissimam continue insuffientes. Ferabant cum magnates Israël suis humeris, tarde ac graviter incedentes cum honore, usque dum eo pervenissent. Quod vix adeo solenniter contigit ulli Regum. Et sane pretiosissima haec est pompa funebris, omnibus iis, quas haec tenus recensiuimus, Jacobæam sorte si excipiás, superior. Vid. Schickardus in **תְּמִלָּה וּבְשָׂדֶה** c. VI. Theor. 19. p. 415. sqq. Ridicule vero Rabbini hic nugantur, bajulos sandalia non debere pedibus*

bus inducere, cuius rei causam ipsimet ita tradunt: *Efferunt defun-*  
*etum humeris (nec velunt lectica) usque ad sepulchrum, sed latores pro-*  
*hibentur calceari sandallis (quamvis R. Isaac Corbeilenus in compen-*  
*dio praeceptorum permittat, ab ostio domus, ad necessitates demortui) ne-*  
*forte rumpatur corrigia cuiusdam, & illud processionem impedit.* Vid.  
 Schickardus l. c. p. 417. Ceterum an in tali processione funebri si-  
 ticias adhibuerint veteres Hebrei, non adeo liquet. **הַמְּקֻוֹנָרִים** la-  
 mentatrices faminas certe habuerunt, Jer. IX, 17. quæ ad hoc pretio  
 conductas erant ut plulatu suo lugentibus lacrymas elicenter ut apud  
 Romanos Præficiæ. Habuere tamen posterioribus temporibus suos  
**אֲלַמְתָּאָס** Matth. I, 23. quos sine dubio vero a gentibus, sub quarum  
 potestatem venerant mutuarunt; *Mosis Hebreos*, inquit Geierus l. c.  
 incessisse post vel ante feretrum, cum alias affectuum essent adeo impatiens  
 haud verosimile; putarim potius, auditum loco cantissimum murmur quod-  
 dam, aut ejulatum inconditum; ferme sicut i Reg. XIII, 30. de sepultura  
 Prophetæ interfictæ legitur, possumus esse cadaver in sepulchrum, & planxisse  
 demortuum presentes **בְּנֵי נֵזֶב**, vel heu frater mi! De planctu isto  
 Maimonides: **רְבָשׁוֹן** planctus demortuo est honorificus: quapropter a-  
 dignatur (*morbundi*) heredes, ut merecedem solvani. **הַמְּקֻוֹנָרִים**  
**וְזַמְּקֻנוֹרִים** lamentatoribus & lamentatricibus, plangantque ipsum.  
 Adi præcessis, ne ipsum plangant, planctum quoque intermittunt. In  
 Talmude tamen legitur: *Eiam pauperem inter Israëlitas non adhibere*  
*pauiores, quam duas tibias, unamq; feminam lamentatricem in funere*  
*scil. uxoris sue in captivitate mortua.* Vid. C. Calvör. l. c. c. 24. conf. &  
 Schickardus l. c. p. 418.

## S. XII.

Habes itaque L. B. Procesiones Hebreorum tum Sacras tum  
 Profanas seu Civiles, quas quidem e sacris præcipue literis & Antiquitate  
 Judaica eruere potuimus. Præstitimus non quod debuimus, sed  
 quod potuimus. Si hæc nostra qualis est opella Tibi placet, veri-  
 tate congruentia nos proposuisse judicas, abunde nobis gratulamus;  
 si non, judicio Tuo, Candide Lector, a quo nos perliberentes subjici-  
 mus, veniam **παραγενάσθω** homines quum simus experimus, meliora  
 doctero avide auscultantes, atque cum Deo & die limatiora promitten-  
 tes. Tu interim studiis nostris quæso saveas, nobiscum sacras literas sim-  
 eare amare, avide scrutari, die ac nocte meditari, indefesse pergas, nec ta-  
 men unquam etiam animo Tuo excidere patiaris illud:

**SOLI DEO GLORIA.**


\* \* \* \*

99 A 6989



56,

Retro ✓



**Farbkarte #13**

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

B.I.G.

A ET Q  
ATIO PHILOGICA  
DE  
SESSIONI.  
EBRAEORUM,  
QVAM  
CONSENSU  
Æ FACULTATIS  
OSOPHICÆ  
IN  
MIA LIPSIENSI  
æ Eruditorum *conventus*  
*subjiciunt*  
PRÆSES  
PAR KREGEL,  
GERHUSANUS,  
ET  
ESPONDENS  
NUS THALMANN,  
TENSTADIENS.  
PHILOS. BACCAL.  
VI. FEBR. MDCCXII.  
H.L.Q.C.  
IPSIAE,  
ANDENBURGERIANIS.